T Ertio in hoc sermone visa condi
tione legis humane et iuste. Aduer
tendum est ꝙ christiani ipsis le-
gibus subiecti esse debēt: ipsorūqꝫ
principibus. Primo temporalibus. Scd̄o
spiritualibus. Tertio sibiipsis et legibus.
¶ Primo dico ꝙ christiani principibus
temporalibus debent obedire in licitis et
honestis: ac legibus ab ipsis iuste ordina-
tis: quia concludunt theologi maxime Tho.
scd̄a scd̄e.q.104.arti.vltimo. et Bonauētura
in.2.distinctio.44.articulo.3.q.j.ꝙ christiani
ex conscientia peccati mortalis ad predictam
subiectionem obligantur: et hoc propter or-
dinem iustitie. Fides enim Christi est prin-
cipium et causa iustitie: ꝭm illud Romanos
3. Justitia dei per fidem Jesu Christi. Et
ideo per fidem Christi non tollitur ordo iu-
stitie: sed magis formatur. Ordo igitur iu-
stitie (vt supra satis claruit in primo sermo-
ne) requirit vt inferiores suis superioribus
obediant. Aliter enim non posset rerum
humanarum status conseruari: et ideo per
fidem Christi nō excusantur fideles qn p̄n-
cipibus secularibus non obediunt: tenean-
turqꝫ obedire. Eo maxime ꝙ non solum
ꝭm humanam institutionem: sed etiam ꝭm
diuinam dispensationez vt visum est i p̄ma
parte. Inter christianos autē sunt reges p̄n-
cipes domini et serui: et ꝭm distinctionem po
testatis ei subijciuntur et tenentur ꝭm plus et
minus. et hoc docet dominus Matth.22.di.
Reddite que sunt Cesaris Cesari: et que sūt
dei deo. Et hoc apostolus in pluribus locis
docet. Nam ad Romanos.13.dicit. Omnis
anima potestatibus sublimioribus subdita
sit: et sequitur. Reddite omnibus debita: cui
tributum tributum: cui vectigal vectigal: et
supra ait. Qui potestati resistit dei ordi-
nationi resistit. Et ad Timot.3.ait. Admo
ne illos principibus et potestatibus subdi-
tos esse. Et p̄me Titum.vltimo. Hoc idem
docet. arguitqꝫ contrarium predicantes.
di. Quicunqꝫ sunt sub potestatis iugo et ser-
uitutis dominos suos omni honore dignos
arbitrētur: ne nomē dei et doctrina eius blas
femetur. et infra. Si quis autem aliter docet
et non acquiescit sanis sermonibus domini
nostri Jesu Christi. supbus est nihil sciēs etc.
Hoc idem docet Petrus in.p̄ma canonica
sua.2.c.di. Serui subditi estote in omni timo
re discolis non tm̄ bonis et modestis: sꝫ etiaz
discolis: que omnia confirmat Augu.in lib.
de conflictu vitiorum.c.4.di. Inobedientia
dicit quis tu es vt peioribus obtemperes: de
terioribus famulatuz exhibeas: et te magis q̄ꝫ
illos decuerat imperare: qui tibi non possūt
ingenio vel industria coequari. Obtempera
igitur magis domini imperio et non sit tibi
cure de aliquo. sancta subiectio respondit. Si
domini imperio obtemperandum est: huma
no subdi necesse est magisterio. Ipse enim
dicit qui vos audit me audit: et qui vos sper
nit me spernit. ita iniquis oportet: sed si talis

est qui imperat et non talis per quem deus impet. sed apostolus cōtra. Non ē potestas nisi a deo: que a deo sunt ordinata sunt. itaqꝫ q potestati resistit dei ordinatōi resistit. quales enim esse debeant non a subditis discutiendū primis ecclesie pastoribus dominus dicit Luc. 22. Scitis quia reges gentium dominantur eorum: et qui potestatem habent super eos benefici vocantur. Vos autē non sic: sꝫ qui maior est in vobis fiat sicut minor et qui precessor sicut ministrator. Scdo debent christiani statutis: legibus: prelatisqꝫ ecclesie obedire: quia sunt omnino ꝼm voluntatem dei: et nostre expediunt saluti: et ideo obligant in foro conscientie etiam si non sit qui transgressionem puniat. Nam qui scienter facit contra prohibitionem canonum: siue cōtra precepta mortaliter peccat. Unde .j. q. 7. c. Si quis. dicitur. Si quis omnem traditionem ecclasiasticam: siue scriptam: siue non scriptam violat: anathema sit. Et Hostien. de maio. et obedien. c. fina. dicit. ꝙ traditio ecclesie obligat vt preceptum. Lex enim canonica: et lex ciuilis concordat cum lege dei. ipse enim prohibet homicidiū: furtum: adulteriū et humana similiter: vt patet. 32. q. 5. c. Non mechaberis. Concordat etiam in punitionibus et promissionib9: quia omnes leges puniunt delinquentes: et sub omni lege multa permittuntur: que tamen non prohibentur 3i. q. j. c. hac ratione. Et ideo di. 3. c. omnis lex. aut precipit: aut vetat: aut permittit. hec ibi. Obediant ergo christiani legi ecclesiastice: quia vt dicit Gregorius di. i2. c. preceptis. Preceptis apostolicis non dura superbia resistatur: sed per obedientiam que a sancta romana ecclesia et apostolica auctoritate iussa sunt salutifere impleantur: si eiusdem dei ecclesie que est caput omnium nostrum cōmunionem habere desideratis: non nouum aliquid presenti iussione precipimus: sed illa que olim indulta videntur firmamus: cum nulli dubium sit: ꝙ non solum pontificalis creatio: sed omnis sancte religionis relatio ad sedem apostolicam quasi ad caput ecclesiarum debet referri: et inde normam sumē vnde sumpsit exordium ne caput institutoris videatur omitti: cuius auctoritatis sanctionem omnes retineant sacerdotes: qui nolūt ab apostolice Petre super quā Christus vniuersalem fundauit ecclesiaꝫ soliditate diuelli Si quis huic apostolice sedi precepta nō obseruauerit: precepti honoris hostis esse non dubitetur. hec ille. Et Hieronym9 ad Lucianum: vt habetur ibidem in. c. illud. sic dic. Illud breuiter te admonendum puto traditiones ecclesiasticas que fidei non officiant ita obseruandas vt a maioribus tradite sunt nec aliorum consuetudine econtrario more subuerti. hec ille. ¶ Tertio debēt se subijcere legib9 et statutis humanis etiā ipi rectores: et ꝓncipes: et prelati: vt suo exēplo ad hoc aliqs inducant. De principibus temporalibus dicitur. C. de testamen. l. ex imperfecto. nihil tā proprium imperij ꝙꝫ legibus viuere. et ff. de lega. 3. dicitur. Decet enim tantam maiestatem eas seruare le. quibus solutus est. hoc idem. C. de legi. et constitutio. l. digna vox. vbi dicitur. Digna vox maiestate regnātis legibus alligatum se principem profiteri: adeo de auctoritate iuris nostra pendet auctoritas: et reuera maius imperio est legibus submittere principatuꝫ: et oraculo presentis edicti: quod nobis licere non patimur alijs indicamus. hec ibi. Curare ergo debent principes et iudices ne quis opprimatur potentia cuiusqꝫ. ff. de officio presid. l. preses. et l. congruit. C. de officio preto. prouincie. l. 2. C. ne liceat potentioribus. l. j. in fine. Similiter nec principes nec iudices debent sua potentia aliquos opprimere: quia equum est vt ipsi obseruent leges: quas tulerunt. ff. qđ quisqꝫ iuris in alterum statu. l. j. §. Si quis. et. l. si quis in principio. De prelatis etiam ecclesie et summis pontificibus ꝙꝫuis possint relaxare statuta iuris positiui et humani: tamē congruum est vt si nolunt sua seruari decreta a successoribus: ꝙ et ipsi predecessorum suorum leges non pretermittant. Unde di. i9. c. Sic omnes. dicitur. Sic omnes apostolice sedis sanctiones accipiende sunt: tanquā ipsius diuina voce Petri firmate. hec ibi. Et ꝙꝫuis non habeat imperium par in parem: vt dicitur de electionibus. c. Innotuit. et sic videntur saltem summi pontifices a preceptis humanis exempti: et non alio precepto vbi diuino obligari: tamen congruum est valde vt leges predecessorum obseruent. Nam. 25. q. j. c. confidimus. et c. iuste scribitur. Iustitie ac rationis ordo suadet: vt qui a sue

cessoribus desiderant mandata sua seruari: predecessoris sui pculdubio voluntatez τ statuta custodiãt. Hec ibi. Ecce ergo quales debent esse rectores τ principes: quales illoruz leges: quales obseruatores: vt sic omnes manus diaboli effugiẽtes perueniamus ad gloriam. Amen.

¶ Feria sexta post dominicaz in sexagesima in qua tractatur de dignitate: ratione: τ tempore legis euangelice. Sermo .13.

S Icessugimanus eius. Iteruz vbi supra. De lege euangelica in p̃senti dicturus conuenit vos carissimi aures eo deuotiores τ attentiores accõmodare: quo illa non tm̃ ab imortali deo venisse noscitur: vt etiam naturalis: mosayca: τ humana: sed etiam ipsum dei filium ihm xp̄m ei⁹ fuisse latorem τ ꝯditorem cognoscatis: τ per obseruationem precipue dici potest. sic essu. τc̃. De illa ḡ ipsius legis euangelice lege in presenti tres tm̃ causa breuitatis considerationes sunt declarande. Prima legis euã gelice rõnabilis additio. Scd̃a legis euangelice tẽporalis institutio. Tertia legis euã gelice conditionalis perfectio.

¶ Pars prima huius sermonis in qua declaratur quare lex euangelica est addita legi naturali: τ moysi: τ ꝙ est ipaꝝ ꝯfirmatio.

P Rimo in hoc sermone de lege euã gelica q̃z rationabiliter τ ꝯuenienter sit alijs superaddita declaratur triplici ratione. Primo ratione perfectõis Scd̃o ordinationis. Tertio confirmatõis

¶ Primo probaẗ illd̃ ꝯueniẽs τ necessariũ fuisse rõni p̄fectõis. s. legis nãlis. Sic̃. n. ars imitatur nãm inq̃ztum potest: vt habetur. 2. phi. τ. 2. de aĩa. τ etiam supplet defcm̃ nature: vt habetur. 6. politi. Ita τ gratia perficit nãz Quẽadmoduz ergo natura ordinaẗ ad gratiam tanq̃z ad suam p̄fectionem: ita τ lex nature ad legem euangelij ordinatur: tanq̃z ad illam ex qua perficiaẗ. Non est. n. eadem lex nature τ lex euãgelij: vt p3 inductiue. Nõ. n. idem sunt natura τ gratia: sed differũt essentialiter: nec sunt idem ordo nẽ τ ordo gratie. Igitur nec lex euangelij que est lex gratie. q̃ erit idem cum lege nãli: que est ẜm ordinem nature. Sicut. n. virtutes naturales nõ sunt eedem cuz virtutibus gratuitis: ergo nec lex nãlis est eadẽ cum lege gratie. Ergo nec lex naturalis per legez euangelicã tollitur sed p̄ficitur: sicut natura ab arte non tollitur: nec a gratia: sed ab ipsis perficiẗ. τ eius defectus suppletur. Igitur p3 fuisse rõabilem illam superaddere. Nam lex nãlis dicit ꝙ deus est diligendus: q2 beneficus τ creator. Lex vero euãgelij dictat ꝙ est bonus τ redẽptor. Preterea lex nãlis dictat ꝙ hõ est diligẽdus: q2 homo est τ conformis in specie: iuxta illud ecclesia. 13. Omne aĩal diligit sibi simile: τ etiã quia ab vno sumus ꝯditi. Lex vero grẽ dictat diligendum esse p̄ximum: q2 filius dei vel possibilis ad filiationem: iuxta illud Jo. j. di. dedit. e. potestatẽ filios dei fieri. τ etiaz q2 ad imaginem dei factus: τ etiam ab vno redẽptus est saluatore: cum eo. Ex diuersis igitur causis debitũ est diligendi deum τ p̄ximum: ẜm legem nature: τ ẜm legem euangelij: quarum vna tm̃ perficitur τ ordinatur per aliam. Patet igitur rõne huius p̄fectionis ꝙ rõnabilis fuit euangelij sup̄institutio ꝙ si dicitur Jhere. 31. c. scribiẗ. Dabo legem meam in viscerib⁹ coꝝ: τ in corde coꝝ scribã eam: quod intelligiẗ de lege euangelij. Ergo est eadem cum lege nature. Nam Gratianus di. j. in p̃ncipio dic̃. ꝙ ius nãle est quod in lege τ euãgelio ꝯtineẗ. τ ibidem in. c. p̃mo ysi. 5. ethimo. dicit. Omnes leges diuine aut humane: diuine a nã: humane moribus constant: τ Gratianus di. 6. §. hijs ita respõdit dicit. In lege τ euangelio nãle ius contineẗ: non tamen quecunq3 in euangelio τ in lege inueniunẗ naturali iuri coherere probantur. Hec ibi. Ergo p3 p̄positu3. Ad hoc respõdetur ꝙ lex euangelij est scripta in corde sic̃ lex naturalis: sed differenẗ. Est enim inscriptio debiti faciendi ẜm dictamen inditũ cõscientie ab ipsa conditione eadem apud oẽs τ est inscriptio ẜm dictamen conscientie impressu3 ex fide seu iustificatõe apud credẽtes. Prima est nẽ. Scd̃a est legis euangelice Prima est ex natura indita. Secunda ẽ ex gratia data seu superaddita. Et ideo bene dicit Jhere. Dabo legem meam τc̃. τ ad Roma. primo. Euangelium est virtus dei in laudez omni credenti: quia sicut lex nãlis eadem est ad omnem hoiem: ita lex euãgelij

eadem est apud omnes credẽtes: ⁊ sic habẽt illę auctoritates decretorum intelligi: quia lex naturalis est fundamentum legis euãgelice:sicut natura subiectum gratie: ⁊ ideo quicquid lex dictat naturalis:dictat lex euangelij sed altiori ratione:nam ſm legem nature dictatur matrimonium ad hoc vt generet̃ hõ ⁊ multiplicentur species. Scd̃m aũt dictamen gratie:ad hoc vt filius hominis per regenerationem fiat filius dei: ⁊ vt multiplicentur plures ad cultum dei. Quapropter ipsa euangelica lex est super omnes fructuosa ⁊ vtilis.de qua dicit Aug.de oratiõe dñica. Euangelica precepta fratres dilectissimi nihil sunt aliud: nisi diuina mysteria fundamenta edificande spei:fundamentũ cõparande fidei:nutrimẽta fouendi cordis:gubernacula dirigendi itineris:presidia obtinende salutis.que dum dociles credentiũ mentes in terris instruũt:ad celestia regna perducũt.hec ille.⁊ sic patet prima ratio. ¶ Scd̃o idem ꝓbat̃ rõne ordinationis sufficientis ipsius hominis. Ad quoꝝ declarationẽ sciendũ ẽ ꝙ Hugo.lib.de sacris ꝙ h̃ tria distinguũt̃ elementa:exordiũ:⁊ ſmo In elementis sonus est: sed sensus non est. In exordio sensus est:sed non cõpletus. In sermone sensus est ⁊ perfectus.vide tria h̃ in scriptura filia. Carnem cum sanguine nõ comedetis. Leuit.19. Hoc est elementũ. Subiunxit postea. Non occides:hoc est exordiuꝫ Exod.20.postea cõpleuit:etiaꝫ iram ꝓhibẽs Matt.5. Omnis q irascitur fratri suo reus erit iudicio.h̃ est sermo. Item dicit carnẽ porcinam non comed. Leuit.xj.hoc enim est elementũ. Addit ꝓstea nõ mechaberis. Exod. 20.hoc fuit exordium. Nouissime posuit si qs viderit mulierem ad cõcupiscendũ eam:iam mechatus ẽ eam in corde suo. Mat.5.h̃ fuit sermo.⁊ h̃ fuit cõpletio. Precepta igitur ad tempus superaddita:elemẽta fuerunt:pcepta decalogi exordia: precepta euangelij sermo. Inde est ꝙ lex data Moysi. Deutero.18.qd̃ dictum fuerat ei a deo.vꝫ. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suoꝝ silem tui:⁊ ponam verba mea in ore eius: loquet̃qꝫ ad eos omnia que precepero illi: in quo expresse ostenditur per ꝓpham a Christo aliam legeꝫ esse ferendam.ꝙ si dicit̃ ſm apostolũ.j. Thi.j. Finis precepti est charitas: cum igitur in lege Moysi sit preceptũ charitatis perfecte. iuxta illud Deutero.6. Dilige dñm deũ tuuꝫ ex toto corde tuo ⁊c̃. Igitur in lege est pfectio finis preceptoꝝ: sed a pfectione finis dicitur simpliciter res perfecta:quia ſm phm finis dat esse rei:ergo lex Moysi est perfecta:ergo alia non erat requirenda. Ad hoc rñdet̃ ꝙ ꝙ̃uis amor dei precipiat̃ in lege:tñ ſm intẽtioneꝫ legis precipit̃ vt debitus ex beneficijs temporalibus generatus,ꝓmissis vel accept̃ sicut patet Deut.xj. Ubi post multa beneficia cõnumerata dicit̃. Ama dñm deũ tuum ⁊ serua precepta eius.⁊ subdit:vt possitis introire ⁊ possidere terrã fluentẽ lac ⁊ mel ⁊c̃. Amor aũt in euangelio precipit̃ vt gratuitus vt patet Mat.5.vbi dicitur: Si diligit̃ eos qui vos diligunt ꝙ̃ mercedeꝫ habebitis: nõne ⁊ publicani hoc faciunt. Siṁr habet̃ Luc. 6. Sicut igitur in amore debito non est perfectio:sed in gratuito:nec in amore qui oritur ex beneficio temporali:sed ex eterno: ita non est pfectio amoris in lege:sed in euangelio vt in sermõe sequẽti diffusius aperiet̃. ¶ Tertiõ idem ꝓbatur rõne ꝯfirmatiõis ipsius antiq̃ legis. Nam Mat.5.dicit dñs. Nõ veni soluere legem sed adimplere.s.que scripta erãt. Ecce additum est euangelium ad ꝯfirmãda que scripta erant. ꝙ si dicitur ꝙ alia glo.sup predictuꝫ.verbum Christi Mat.5.ait. Adimplere.s.aut addendo qd̃ mandamꝰ:hꝫ aũt implendo qd̃ iubet.⁊ alia glo.sup illd̃. Nisi abũdãuit iustitia vestra ⁊c̃.sic dicit. Nisi nõ solum illa minima legis precepta feceritis: sed etiã ea que addo non intrabitis in regnũ celoꝝ igitur apparet ꝙ non solum ad confirmationẽ legis antique sed etiã ad additioneꝫ data sit lex euangelij. Ad hoc respondet Alexan. vbi supra.ꝙ est considerare legem dupliciter Primo quãtum ad sensum: ⁊ sic dupliciter fit additio:aut quantũ ad innouationem preceptorum:⁊ illo modo euangelium non addit legi quãtum ad sensum:qd̃ patet intuenti quasi totum.c.5. Mat. Si sane itelligat̃ nisi cõfirmet ea que dicta sunt antiquis. Unde Aug.in.q.no.⁊ veteris testi.ait. Cum dictuꝫ est in euangelio. Audistis quia dictum est antiquis:oculum pro oculo:⁊ dentẽ pro dente. ego dico vobis ⁊c̃.non aliud voluit dicere ꝙ̃ lex in sensu habuit:ita intelligendũ ẽ de alijs Aut fit additio ad preceptoꝝ dilucidationeꝫ: ⁊ sic est additio euangelij ad legem:aut respectu figurarum: aut respectu moraliũ. Respectu figuraꝝ: q2 intelligentia occultoꝝ myste-

ria manifestant̃ ꝑ euãgeliũ. Vñ Aug. in lib. de cathetizãdis iud. i veteri testõ ẽ occultatio noui in nouo testõ est manifestatio veteris. Respectu moralium est additio sicut impliciti ad implicitum. Vnde Aug. ɔtra Faustũ ait. ꝙ iudei non intelligebant homicidiũ: nisi per iteremptionẽ corporis humani: per quã vita priuaret̃: aperuit dñs omnem iniquum motum ad nocendũ fratri: in homicidij genẽ deputari. vnde ille Jo. 3. Qui odit fratrẽ suũ homicida est. Putabant etiã iudei soluz carnalem cõcupiscentiã vocari mechiam: ⁊ dñs vt dictum est manifestauit nihil aliud eẽ cõcupiscentiam ꝙ̃ mechiaz. ¶ Scđo modo p̃t cõsiderari lex quãtum ad litteram relinquẽdo ⁊ moralia ⁊ cerimonialia causa breuitat̃ fit additio in moralibus queãdmodũ prohibitio cause vel occasionis addit ad actũ. vñ Crisosto. super illđ. Omnis qui irascit̃ fratri suo ⁊c̃. sic dicit. Qui non irascit̃ non occidit. licentia enim irascendi causa est homicidij: tolle iram ⁊ homicidiũ nõ erit. In hoc ergo ꝙ lex euangelica ꝓhibet iram quãtũ ad lr̃az que est causa homicidij. Lex vero quãtuz ad litterã nõ ꝓhibet nisi actũ. di. Non occides Exod. 20. Additio est sicut cause ad actum. Ex his igit̃ apparet: ꝙ nulla est additio ꝙ̃tũ ad sensum: ꝫ quãtũ ad litterã. ⁊ ideo nisi abũdauerit iustitia vestra ⁊c̃. s. nõ attendendo ad sensum: sed solũ quãtum ad litterã: non intrabitis ⁊c̃. q2 littera occidit: vt dicet̃ in ſmone sequenti. Ecce ergo quia euangelica non est antique contraria: vt voluerunt inimici leg̃ ⁊ ꝓphaꝝ pessimi manichei: sed potius fuit ipsius confirmatio ⁊ roboratio quedam: quod claret intuenti sacra euangelia in quib⁹ dñs admittit auctoritates leg̃: ⁊ ꝓphaꝝ. Primo admisit ⁊ confirmat auctoritates legis. Nã Matth. 4. confirmauit illud Deut. 8. Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo qđ procedit de ore dei. Item ibi Mat. 4. confirmat illud Deut. 6. Dñm deum tuum adorabis: ⁊ illi soli seruies: ⁊ illud non tentabis dñm deum tuum. Item Matth. 8. cõfirmat illđ offeres munus: quod precepit Moyses in testimonium illis. Item Matth. 15. confirmat illud Exod. 20. Honora patrem tuum ⁊ matrem tuam. di. Quare transgredimini mandatũ dei propter traditionem vestram. Item Matth. 19. confirmat illud Exod. 20. Non occides ⁊ reliqua: que ibi ponunt̃. Itẽ Matth. 22. confirmat illud Deut. 6. Diliges dñm deũ tuũ ex toto corde tuo ⁊c̃. Et Mar. 12. illud idem. Item Luc. 6. confirmat ius naturale. s. Omnia quecũq3 vultis vt faciãt vobis ⁊c̃. h est lex ⁊ ꝓphe. Item Luc. 10. In le. quid scriptum est: q̃uo legis ⁊c̃. ⁊ postea ait. Hoc fac ⁊ viues. Itez Jo. 19. confirmat illđ Exod. 12. Os nõ cõminuetis ex eo. dicit. Fcã sunt hec vt impleret̃ scriptura. Os non ⁊c̃. ¶ Scđo cõfirmat ꝓphaꝝ auctoritates. Nã Matth. p̊ confirmat dictum Isa. 7. di. Hoc totum factum est vt impleretur quod dictuz est ꝑ ꝓphaz. Ecce virgo cõcipiet ⁊ pariet ⁊c̃. Et in eodem plura habentur huiusmõi. Et Matth. 15. ɔfirmat illud Isa. 29. di. Ipocrite bene prophauit de vobis Isa. di. Populus h labijs me honorat. os aũt eoꝝ longe est a me. Item Matth. 24. confirmat dcm̃ Dañ. 9. di. Cũ vide. abominationẽ desolatiõis ⁊c̃. Item in cõmuni confirmat dicta ꝓpharum Matth. 26. Quõ ergo implebũtur scripture prophaꝝ ⁊c̃. Item Mar. p̊ confirmat dictuz Isa. 40. Initium euangelij Jesu xp̃i. Vox clamantis in deserto. Item Luc. vlti. in cõi confirmat. di. O stulti ⁊ tardi corde ad credẽdum in his que locuti sũt ꝓphe: ⁊ postea addit: ⁊ incipiens a Moyse ⁊ omnibus ꝓphis interpretabatur illis in omnibus scripturis que de illo erant. patet ergo ꝙ lex euãgelica est antique confirmatiua: ⁊ ideo conuenienter est superaddita.

¶ Pars scđa huius sermonis i qua probat̃ quare non cito data est lex euangelica: ⁊ q̃re vsq3 ad hanc etatem prolongata sit.

Secundo in hoc sermone dico ꝙ lex euangelica non data continuo post peccatum nec in alia etate mundi: ꝫ in hac vltima est instituta triplici ratione. Primo cognitiõis. Scđo affectõis. Tertio ordinatõis. ¶ Primo ꝓbatur rõne cognitionis sic. Lex euangelica est super excellentissima vt patebit: ⁊ res preciose nõ debẽt dari eas non cognoscentibus: ne despectui habeatur. Cum ergo res magni precij non cognoscat̃ nisi per vtilitatem ipsius: siue ab ipsa descendentem. vtilitas nõ videretur nisi per experientiam adiutorij percepti ex contrario. hoies aũt primeui non potuerunt hanc cognoscere vtilitatem ⁊ necessitatem legis euãgelice: nisi ꝑmo morbi acerbitatem aduerterent: seipsosq3 omni auxilio destitutos perspi

terent:nec se ab hoc morbo liberari nisi per adiutorium posse firmiter crederent: atqꝫ sic ad medicinam se prepararent: vt ea data cā magniducerent. necessarium ergo valde fuit quia phs dicit.ꝙ innata est nobis via cognoscendi a cōioribus ad ꝓpa.j.phyficoꝝ.τ.2.de anima. Dignū ergo fuit vt prius homo sub lege naturali derelictus suam ignorantiam experiretur:τ sic humiliter se cognoscendo: ad auxiliū querendū se disponeret. ¶ Scđo ratione affectionis sic. Actus actiuorum sūt in patiente bene disposito.2.de anima. Non enim itroducitur forma ignis in aliquā materiam nisi per dispositionem caloris. Silr nec deus confirmat gratias suas nisi mentibus bene dispositis calidis τ feruentibus:vt ergo homo se disponeret perfecte ad hāc dignitatē legis necesse fuit vt cognita sua ignorantia in lege naturali derelict⁹: sciens fact⁹ in mosaica consiliuꝫ quereret: cognitaqꝫ sua impotentia auxiliū q̄reret: ipsumqꝫ summope affectaret:τ incessanter ab omnipotenti deo exposceret:qđ est gratia Christi quā euangelium predicat:ergo ꝓpositum.¶ Tertio idēꝫ probatur ratione ordinatōis sic. Omnia q̄ a deo sunt ordinata sunt. Ro.13. Et ideo ipsa diuina prouidentia sicut maiori mundo nullam suam perfectionē deficere voluit: sic nec minori.s.homini deesse debuit aliq̄ necessaria perfectio ꝫm statum suum. Sed sicut ꝫm Aug.83.q.q.44. Absurduꝫ est esse totā vitā hominis in etate iuuenili vel senili:ita absurdum est in toto genere humano vnā tm̄ etatem esse. Ideo ꝫm diuersos status generis humani in diuersis etatibus occurrentibus a principio seculi: diuina prouidētia parauit diuersa genera ordinationum τ legum: τ ei nunq̄ꝫ defuit aliqua perfectio necessaria ꝫm status suos.vꝫ quia generis humani infantia fuit ante legem.pueritia vero in lege: que etates non fuerunt susceptibiles perfectionis discipline iuuentutis vero tempore grē que etas susceptibilis est perfectionis discipline τ doctrine:ideo congruū fuit illo tempore dari lex euangelij τ nō ante. Unde apostolus ad Gal.3. Itaqꝫ lex pedagogus noster fuit in Christo: vt ex fide iustificemur at vbi venit iam nō sumus sub pedago.i.sub lege.omnes enim filij dei estis in Christo Iesu.hec ille.ꝙ si contra predicta omnino arguitur sic. Sepe dictum est ꝙ deus nō est personaꝝ acceptor Act.10. Ro.2.ergo eque prouidit saluti p̄oꝝ iustorum τ posterioꝝ: si ergo per euangeliuꝫ prouidit saluti posterioꝝ: ergo per euangeliū prouidere debuit saluti priorum. Ad hoc respondetur ꝫm Aug.in lib.83.q.q.44. ꝙ alr agit deus particulariter τ sigilatim cum personis particularibus:quia nulli vnq̄ꝫ defuit in necessarijs:sicut nō deficit nā.3.de anima τ aliter agit cum genere humano consulens publicis vtilitatibus. igitur dicendum est diuinam prouidentiam eque ꝓuidisse ꝫm stat⁹ exigentiam τ priorum τ posteriorum iustorū Scđm enim congruitatem diuine prouidentie requiritur vt per gradus etatum mundi: gradatim currat cognitio veritatis ꝫm similitudinem etatis singularis hominis vt dcm̄ est:q̄ꝫuis non eque prouiderat quantum ad necessitatem persone τ dispensationem prouidentie personarum:nam tunc prouidet ꝫm exigentiam persone τ non temporis. τ sic pꝫ de conuenientia temporis.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua declaratur dignitas legis euangelice: τ institutio:τ obseruatio:τ ipsius consultatio.

Tertio in hoc sermone videnda est excellentia legis euangelice τ dignificatio que ex trib⁹ ꝑcipi potest. Primo ratiōe instituentis. Scđo obseruātis. Tertio consulentis. ¶ Primo monstratur dignitas euangelij ratione instituentis q.s.fuit Christ⁹ deus τ homo per seipsum loquens τ os suū aperiēs docebat eos Matth.5. Beati pau. spiritu τc.que sunt verba euangelica: τ ipsaꝫ doctrinā signis τ miraculis cōfirmās: vt pꝫ Matth.8.vbi habetur. ꝙ cū descē. Jesus de mō.secute sunt eum turbe multe.τ ecce lepro sus veniēs adorabat eū.di. dn̄e. Si vis potes me mundare:τ extendens Jesus manū tetigit eum.di. Uolo mundare.τ confestim mūdata est lepra eius. Super quib⁹verbis dicit Nico.de lira ꝙ duplex est doctrina: quedaꝫ que non excedit facultatem humani intellectus:τ illa debet per rationes demonstratiuas confirmari: alia est doctrina excedens facultatem humani intellectus:τ hec nō pōt confirmari per rationem euidentem: τ ideo oportet ꝙ confirmet per opa diuine virtutis ostensiua. Talis aūt est euangelica doctrina que a diuina sapientia imediate ꝓdijt per instrumētū suū mirifice ꝓlata:qua ex re sūma cum reuerentia est audienda. Unde Augu.

super Jo. sermone.29.inquit. Nos sic audia
mus euangeliũ sicut p̄ntem dñm: nec dica-
mus o illi felices qui eum videre potuerunt:
quia multi in eis fuerunt qui eum viderunt:
⁊ non crediderũt: ⁊ multi in nobis qui nõ vi
derunt ⁊ crediderunt. Qd̄ eni preciosum so-
nabat de ore dei: ꝓpter nos scriptũ est: ⁊ no
bis seruatũ: ⁊ ꝓpter nos recitatũ recitabitur
etiam posteris nostris donec seculũ finiatur
Sursum est dñs: sꝫ etiam h̄ veritas dñi. cor-
pus eni dñi ita resurrexit: q̄ solũ in vno loco
esse potest: virtus eius vbiqꝫ diffusa. hec ille.
¶ Scd̄o monstrat̄ dignitas euangelij rõne
obseruantis. s. eiusdem filij dei: qui non soluꝫ
verbo sed etiaꝫ facto le. impleuit: q̄ vt habet̄
Act. j. Cepit Jesus p̄mo facere postea docere
vt suo alios hortaret̄ exẽplo. iuxta illd̄ dictũ
Jac. Nec tñ viam. s. euangelicã que duc̄ ad
patriam mostrauit: sed etiam precessit: ne qs
difficultatis gr̄a iter veritatis horreret. hanc
insuper apostoli obseruauerũt: ⁊ per totũ mũ
dum eam predicauerunt. iuxta illud ps. 18. et
Pau. Ro. x. Jn omnẽ terram exiuit sonus
eoꝝ. s. apostoloꝝ euangeliũ predicantiũ. Nã
propter hoc dedit eis p̄tatem miraculorum
di. Jo. 14. Maiora hoꝝ facietis: ⁊ ꝓpter hoc
promisit eis spm̄ sanctuꝫ. di. Rogabo p̄rem
⁊ alium paraclituꝫ dabit vobis: ⁊ infra. spũs
sanctus quẽ mittet pater in noie meo ille do
cebit vos omnia ⁊c. quem in die pentecostẽ.
acceperunt. ⁊ ideo vt habet̄ Mar. vlti. Jlli aũt
profecti p̄dicauer̄t vbiqꝫ domino cooperãte ⁊
sermonem confirmante sequentibus signis
que omnia confirmat Aug. in lib. de concor
dia euangelistaꝝ. di. Jnter oẽs diuinas au-
ctoritates que sacris litteris ꝯtinent̄ euange
lium merito excellit. qd̄ enim lex ⁊ ꝓphete fu
turum esse ꝓnũciauerũt: hoc redditũ atqꝫ cõ
pletum in euangelio demonstrat̄: cuius p̄mi
predicatores apostoli fuerũt: qui dñm illuꝫ et
saluatorem nostrũ etiam p̄ntem in carne vi-
derunt: ⁊ non solũ que ex ore eius audita vel
ab illo sub oculis suis opata dicta ⁊ f̄cã me-
minerant: verum etiam que prius q̄ꝫ illi per
discipulatum adheserant: in cuius natiuitate
vel infantia vel pueritia diuinit⁹ gesta ⁊ me-
moria digna siue ab ipso siue a parentibus
eius siue a q̄busdaꝫ alijs certissimis indicijs
⁊ fidelissimis testimonijs requirere ⁊ cogno
scere potuerunt: iposito sibi euãgelizandi mu
nere generi humano ãnunciare curarent. h̄
ille. patet ꝓpositũ. ¶ Tertio legis euangelice
numerat̄ dignitas rõe ꝯsulent̄: q̄. s. lex euã-
gelica: precipit perfecta: consulit meliora: de-
scribit delectabilia. Primo precipit ꝑcep.
perfecta vt clarius in sermone sequẽti appa
rebit: tũ q̄ lex antiqua non ꝓhibet mali cãꝫ
scꝫ intentionẽ ⁊ voluntatẽ vt dcm̃ est. h̄ aũt
scꝫ lex euangelica singulariter aufert. tum q̄
illa sequit̄ litterã tm̃. h̄ aũt sensum ⁊ legisl. to
ris intentionẽ: ideo eius precepta p̄fecta sũt.
Scd̄o hec lex non modo noua cõsulit sꝫ me
liora: ad maius perfectionis culmen acgren-
dum: consuluit eni oia perfectionis ⁊ pietat̄
Matth. 19. di. Si vis p̄fectus esse: vade ⁊ vẽ
de omnia que habes ⁊ da paupibus. Consu
lit etiam opa p̄fecta charitatis que sunt ꝑpe
tue castitatis. di. ibidem. sunt eunuchi q̄ se
castrauerũt ꝓpter regnũ celoꝝ. Consulit opa
perfecta abrenũciatõis. di. Luc. 14. Nisi qs
renunciauerit oibus que possidet non potest
meus esse discipulus. Cõsuluit insuper abdi
cationẽ ꝓprie voluntatis. di. Mat. 16. ⁊ Luc.
9. Qui vult venire post me abneget semetip
sum ⁊ tollat crucem suã ⁊ sequat̄ me. Cõsu-
luit demũ opera patientie in aduersis: vt pꝫ
Mat. 5. ⁊ i alijs multis locis: vt Luc. 6. Qui
te percutit in vnã maxillam prebe ei ⁊ aliam
Tertio describit lex euangelica delectabilia
scꝫ opa xp̄i ⁊ redemptionis nostre: ⁊ gl̄ie su-
pne. Qua d̄ re quãtũ delectabile est ipsaꝫ au
dire legem: ⁊ in ipsa meditari. Unde Augu.
in lib. de baptismo xp̄i dic̄. Fons euãgelicaꝝ
doctrinaꝝ habet apertos riuulos: ⁊ si quis
sitiens biberit ex eo viuificabit̄. Uiuificatur
aũt s̄m spm̄ ⁊ legem mandatoꝝ: sup leticiaꝫ
vini suscipiens. Jnsatiabilis enim est dulce-
do spiritualiuꝫ eloquioꝝ: non enim letificat
ventrem sed coꝝ. Et idem super Jo. sermone
7. ait. Pascamur epulis dei: sit gaudiũ nr̄m
sermo ipsius. inuitat enim ad euangelium: ⁊
ipse cibus noster quo nihil dulcius: sed si qs
habeat palatũ sanum corde: ⁊ omnia supra-
dicta confirmat idẽ Aug. in lib. de consensu
euangelistarũ. c. 12. di. Ueritas euangelij ver
bo dei qd̄ supra omnẽ creaturaꝫ eternum ⁊
incõmutabile permanet: per creaturã tem-
poralibus signis ⁊ linguis hoiuꝫ dispensata
summũ culmen auctis obtinet. Et idem lib.
33. contra Fau. di. Que nũq̄ꝫ lr̄e vllum habe
bunt pondus auctis: si euangelice lr̄e non ha
bebunt. hec ille. ergo fratres studeamus ⁊c.

¶ Sabbato post dominicam in sexagesima de cõparatione legis antique et noue: respectu radicationis: viuificationis: et onerationis. Sermo. 14.

Sic effugimanus eius. Iterum vbi supra. Audiat nunc mãsuetudo vestra carissimi de legis euangelice preconio et excellẽtia .i. quomodo sit ceteris legibus preferenda: vt dicere possitis cum Paulo. sic effugi etc. Verum quia secundum phm. 2. de celo et mũdo. textu cõmenti. 40. Opposita iuxta se posita magis elucescunt: ideo euangelicam legẽ antique comparande magis eius excellẽtia et dignitas elucescit. Tres aũt in psenti cõparationes tm̃ annotabimus causa breuitatis.

¶ Prima respectu radicationis. Secunda respectu viuificationis. Tertia respectu onerationis.

¶ Prima pars huius sermonis in qua declaratur quod lex euangelica radicatur in amore: lex aũt antiqua in timore.

Primo in hoc sermone dico secundum sententiam oium doctorum: precipue Ale. in tertia parte. in tractatu de lege euãgelica. et Tho. pma. 2. q. 107. et ar. pmo. et Petri aureoli in. 3. di. vlti. et Bo. in ca. di. q. j. quod lex antiqua radicatur in timore: lex euãgelica in amore. vnde Aug. dicit. Breuis differentia legis et euangelij est amor et timor. et apls ad Ro. 8. Non accepistis spũm seruitutis iterum in timore: sed spiritũ adoptõis. Hec ibi. vbi dic Ale. quod lex moysi recte dicit lex timoris et seruitutis. Lex timoris: quia plurimas habuit cõminationes et modicas promissiones: vt p3 ex serie legis. Lex ire dicit: quia districtam habuit punitionem: raro habuit miseratões. Lex suitutis dicit: quia dominus precipiebat semper eis tanquam dñs suis. Euangelium autem recte dicitur lex mĩe: lex amoris: et lex libertatis. Lex mĩe dicitur: quia in penis legis habet mĩam et relaxationem vnde mulieri in adulterio deprehense dicit. Vade et amplius noli peccare. Jo. 8. Lex autem amoris dicitur: quia plurimas habet promissiones raras vero cõminationes. Ex promissionibus. n. amor generatur. Lex vero libertatis dicitur: quia in monitionibus pceptorum pro ratione spopondit gratiam diuine paternitatis. Vnde Luce. 6. postquam dixit. Estote misericordes etc. et illud diligite inuicẽ subiunxit vt sitis filij patris vestri qui in celis est di. Hoc facite libertate filiali. Ecce quare lex noua est gratiosa et amorosa: non aũt lex antiqua. Quod si dicit omnis timor secundum Augu. ex amore causatur: ergo si amor est radix timoris vnum ad alterum habet reduci: ergo nõ habent adinuicem distingui. Ad hoc declarandum et predictam rationem melius intẽdendum: ait Bona. quod comparatio illarum legum potest fieri dupliciter: aut respectu singularis psone: aut respectu cõmunitatis. Primo mõ non est differentia in ipsis legibus. Nam multi erant in lege veteri: qui ducebãtur spiritu amoris: et multi sunt in lege noua qui ducunt spiritu timoris. Ideo etiam in hac alique fiunt cõminationes. Homo. n. carnalis et sensualis magis exercetur cum cõminat sibi pena in presenti: quam in futuro: sicut fures multi et latrones: qui magis timore suspendij abstinent se a furtis et latrocinijs: quam timore infernalis supplicij. Vbi tamẽ in lege noua fiunt cõminationes: pene maiores fiunt promissiones gratie: que quidem excitat ad amorem et cõfidentiam. Secundo modo autem habito. s. respectu ad hoium cõitatem. Lex mosayca respiciebat statum impfectionis: quia ad perfectionem neminẽ duxit secundum apostolum ad hebreos. 7. Euangelium vero respicit statum pfectionis: secundum quod dicitur Mat. 5. Estote perfecti sicut pater vester celestis pfectus est. et imperfectorum est duci spiritu timoris: perfectivero spiritu amoris. Hinc est quod secundum statum cõmunem penes hec duo habet illarum legum differentia assignari. Signum aũt huiusmodi differentie deprehenditur in mõ ferendi hanc duplicem legem. Lex. n. vetus data fuit cum clamore magno: vt habetur exo. 2. ita quod ppls nõ audebat appropinquare. Lex autem euangelij data est cum multa dilectiõe et caritate: quoniam ipse rex regum in medio discipulorum sedens docebat eos di. Bti pau. spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum. Mat. 5. Et diuersus modus ferendi legem talis demonstrat et significat nobis diuersitatẽ huius duplicis radicis in obseruando que hijs duabus legibus cõpetebat: propter diuersam qualitatem personarum: et status earum: ob quam

oportebat diuersimode manuduci. Unde sicut videmus in disciplinabilibus q ad homines persuasibiles vtendum est sillo ostensiuo qui ducit directe ad ver. Ad homines vero contentiosos vtendum est sillo per impossibile qui ducit ad manifestum fin: vt per illud reducat ad verum. Sic quia in tempore legis hoies erant dure ceruicis et ad maluz proni: ideo ponit cominatões et constituit etiaz penas graues: vt incitēt eis timorem p quē a malo reuocarentur et ad bonum stimularētur. Sed postmodum apparente benignitate et humanitate saluatoris nostri dei sz apostolum ad Thituz.3. ceperunt hoies esse persuasibiles. Ideo dñs pmisit eis magnas promissiones per quarum amorem et desideriū alliceret eos ad bonum. Et ppterea q̄uis in vtroqz precipiat amor et timor: tamen q lex vetus principaliter habet oculum ad timorē lex vero noua ad amorem. Dicitur illa lex timoris: et hec amoris. Lex aūt nature partim conuenit cum lege scripta: partiz cum lege euāgelica noua et gratuita. Quantū ad libertatē conueniebat cum lege gratie: q̄tuz ad ipfectionem et obscuritatē cum lege scripta. Et ideo fm diuersas conditiones reduci habet ad illa duo motiua: nec oportuit habere tertiam radicem differentem ab istis. Ergo pz ppositū

¶ Ad argumentum vero in oppositū respōdetur facile: q fm Bona. et Alex. duplex est amor vt dictum est supra in sermone precedēti. Primus est q amat deus inq̄tuz bonus: et ex hoc orit timor filialis: q timet quis ipsum patrem offendere pter hoc q euz diligit. Scđs est amor quo diligitur deus in quantum beneficus: et ex hoc orit timor pene quo qs timet beneficia perdere et mala pene incurrē. Primus amor et timor conuenit legi euangelice. Scđs amor et timor cōuenit legi mosayce. Primus amor conuenit statui perfectiōis in quo regnat amor. Scđs statui imperfectionis in quo regnat timor. Hinc est q q̄uis vtrobiqz sint amor et timor: lex tū euangelij dicitur magis obseruari ex amore q̄ timore. Lex vero moysi ecōtrario. Et quāuis sint alie affectiones in aia: tamē illa duo sufficiunt pro eo q oēs alie ad illas possunt reduci. Ois.n. affectio aut est respectu boni: et sic reducit ad amorem. aut respectu mali: et sic reducitur ad timorem. vnde ille due dicuntur tenere principatum sup alias: q maxime habent rationem motiui. Una inclinando ad bonum. Alia retrahendo a malo. Est igitur lex euangelica perfecta: q in amore est radicata: propter quod Augu. d. li.2.q. no. et ve. te. q.122. Semper dominus per totā legem peccatores ad se conuerti hortabatur nolens opus suum perditioni esse obnoxiuz cum nec alia causa date legis sit: q̄ vt ex terrore homines conuerterentur ad veritatem ita tamen vt in nouo testamēto auctor legis clementior videatur. Ita tempore quo sacramentū filij sui dñi nostri manifestare dignatus est largior et vberior in mīa esse voluit: vt plus gratie predicante filio esset: q̄ fuerat predicantibus seruis. Nec imerito. Sic eniz dignum fuerat: vt maiora dona per filiuz q̄ per famulos largiretur. Hec ille.

¶ Pars secunda huius sermonis in qua declarat q lex antiqua occidit: et nō viuificat

Secundo in hoc sermone dico q lex noua siue euangelica: et lex antiqua differunt effectu respectu viuificationis: q lex noua viuificat: lex antiqua occidit. quod confirmat apls scđe corin.3. Littera occidit: sapientia aūt viuificat. et idem Ro.7. Cū enim essemus in carne passiones peccatoruz que per legem erant operabant in membris nostris: vt fructificarent morti: nunc autē soluti sumus a lege mortis etc. et ad gala.3. idez ait. In lege enim nemo iustificatur apd deū manifestum est q iustus ex fide viuit. et infra Si enim data esset lex que posset viuificare vere ex lege esset iustitia. Ex qbs oibus elicit q lex vetus erat occidens. Lex aūt noua est viuificans. quod confirmat Alc. vbi supra di. q lex vocatur littera occidens quattuor modis

Primo per ostensionem: q ostendit petm̄ quod occidit: iuxta illd Ro.7. Non cognoui petm̄ nisi per legem. Secundo per occasionem: aut prohibendo: aut innotescēdo. Prohibendo enim auget peccati desiderium: iuxta illud Ro.7. Occasione accepta p mandatum peccatum operatum est in me oēm concupiscentiam. vbi glosa ait. Aucta est cōcupiscentia prohibitione legis. Innotescendo vero: quia peccatum faciens cognosci augetur in peccatoribus contemptus dei. Unde bene dicitur eccl'ia. pmo. Qui apponit scientiam: apponit dolorem: quia Luce.12. scribitur. Seruus faciens voluntatem domini sui et non faciens: plagis vapulabit multis.

Ergo dicit lex occidere, pro occisione prohibendo et innotescendo. Tertio occidit per defectum: quia sicut dicit Augustinus in libro de littera et spiritu. Lex mandatum bonum habet tantum in littera demonstratur non in spiritu adiuuante. Quia ergo lex non habet adiuuantem spiritum: hoc est gratiam dicitur occidere. Quarto dicitur lex occidere per preuaricationem methaphorice: quia non obseruantes digni sunt morte: et indigni vita. vnde Augustinus super illud. Littera occidit etc. sic dicit. Precepta illa tam sunt vtilia facienti et salubria: vt nisi quis ea fecerit: salutem habere non possit. Lex autem euangelica quamuis precipiat obseruantiam sicut et antiqua: tamen non occidit: sed viuificat: quia prebet adiutorium ad obseruantiam: inquantum scilicet disponit ad caritatem per effectum amoris. Vnde Augusti. de littera et spiritu ait. Statim adest spiritus viuificans. Insuper ostendit homo propriam infirmitatem, vnde non possit implere sine dono gratie: quia Jo. 15. dicit. Sine me nihil potestis facere. Per euangelium enim disponitur anima ad humanitatem. et secundum Jaco. 4. Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Disponendo igitur animam euangelium ad amorem et humilitatem: quam sequitur collatio gratie: per quam digne obseruatur decalogus: quod non facit lex que disponit ad timorem Ideo bene dicit Ysidorus in libro differentiarum. Precepta legalia comparatione euangelij tam bona dicuntur: quia quod precipiunt non perficiunt. Gratia vero euangelij exterius imperat: et interius vt perficiat iuuat. Hec ille. Quod si dicatur lex consistit in doctrina: sed iustificatio in gratia. Ergo videtur quod iustificatio pertineat ad legem euangelicam Nam si euangelium dicitur iustificare aut ratione instructionis: aut ratione obseruationis: non ratione instructionis: quia multi audiunt euangelium: et tamen non iustificantur Non enim auditores legis: sed factores iusti sunt apud deum: secundum quod dicitur Ro. 2. Non etiam ratione obseruationis: quia tunc eodem modo lex iustificaret ipsam obseruantes. Ait enim Beda. quod iustitia legis suo tempore custodita non solum temporalia: sed etiam eterna bona conferebat. Ad predicta melius dilucidanda dicit dominus Bonauentura. quod multipliciter dicitur instituere. Vno modo effectiue: et sic solus deus dicitur instituere. Secundo modo formaliter: et sic gratia dicitur iustificare: quia informat animam expellendo obliquitatem culpe: et dando rectitudinem iustitie. Tertio modo aliquid dicitur iustificans siue iustificare non solum in habitu: sed etiam in effectu: et sic caritas iustificat siue fides per caritatem operans. Ad galathas. 5. Quarto modo dicitur aliquid iustificans in ipsius iustitie exercitatione et vsu et hoc modo mandata dei in quibus iustitia exercetur: dicuntur iustificare: quando debito modo obseruantur: hijs presuppositis: intelligendum est quod in lege noua sunt tria que etiam erant in lege veteri: sed differenter. Sunt enim promissa excitantia hominem ad amorem eternorum: qui est amor caritatis. Sunt etiam precepta spiritualia que diriguntur sufficienter in via morum: docendo vitare omne peccatum. Sunt insuper sacramenta iustificantia que sanant animam a vulneribus peccatorum: et sic legi euangelice competit iustificare secundum triplicem modum: videlicet formaliter ratione gratie sacramentalis. Item effectu: ratione amoris spiritualis: et denique in exercitio: ratione multiplicis boni ad quod dirigitur homo per precepta et consilia. In lege autem veteri erant hec tria aliter et aliter quantum lex vetus dupliciter potest intelligi et obseruari. Primo videlicet secundum intellectum spiritualem: et sic quodammodo concordat cum lege euangelica. Et qui legem spiritualiter obseruabant: viri euangelici erant: et premium eternum obtinebant: quia lex erat pregnans euangelio. Secundo modo potest intelligi secundum intellectum litteralem: et sic ab euangelio distinguitur secundum tria predicta: quia in lege promissa erant temporalia precepta exterioribus reuelantia et sacramenta figurantia: et sic ratione promissorum non exercitabatur homo ad amorem spiritualem. Ratione vero preceptorum non dirigebatur ad iustitiam interiorem. Ratione sacramentorum non adiuuabatur vt posset facilius legem ipsam implere: et ideo declaratur sibi iustificatio. Et quia erat ibi ostensio culpe et non aderat adiutorium gratie: dicitur etiam lex mosayca: secundum litteralem sensum occidens eo modo quo dictum est supra secundum Alex.

¶ Ad argumentum autem in oppositum respondetur quod lex euangelij non dicitur iustificare prout legitur et cognoscitur: sed prout ope-

re ſeruatur:⁊ ſm eam viuitur:quod fit per ſa
crorum ſuſceptionem: ⁊ eternoꝝ expectatõeʒ
⁊ mandatoꝝ impletionem . Veruʒ eſt ꝙ lex
moſayca bene obſeruata ita iuſtificat ſic euã
gelica. Nam intelligit Be.illud allatum nõ
de obſeruatione litterali:ſed ſpirituali:ſm ꝙ
lex conformis erat euangelio. Nos aũt dici
mus legem occidentem eſſe ſm obſeruan-
tiam litteralẽ: que reſpiciebat hoiũm cõmu-
nitatem:que omnia paucis exprimit Auguꝰ.
in libro de littera ⁊ ſpiritu di . Lex data ẽ:vt
gratia quereret:gratia data eſt vt lex imple-
retur. Neqꝫ.n.ſuo vitio implebat lex:ſed vitio
prudentie carnis: qꝛ vitium per legeʒ demõ
ſtrauit ꝙ per gratiaʒ ſanandũ fuit. Quod.n.
impoſſibile erat legis in quo infirmabat ꝑ
carnem:miſit deus filium ſuum in ſimilitu-
dinem carnis peccati: de peccatoqꝫ damna-
uit pctm̃ in carne:vt iuſtitia legis impleretur
in nobis : qui non ſm carnem ambulamus
ſed ſm ſpiritum. Hec ille.

¶ Pars tertia huius ſmonis in qua decla
ratur ꝙ lex antiqua fuit oneroſa. Lex autem
euangelica eſt facilis .

TErtio in hoc ſmone dico legẽ euã-
gelicam differre ab antiqua reſpe-
ctu oneratõis:qꝛ lex moyſi erat one
roſa. Hec aũt euangelica eſt facilis ⁊ ꝓiocun
da. Vnde Mat.xj.dñs ait. Iugum.n.meuʒ
ſuaue eſt:⁊ onus meum leue. De quo etiam
Petrus Actu.15.ait. Hoc eſt onus qđ neqꝫ
nos:neqꝫ patres noſtri portare potuerunt .
Qđ ſi dicit illud quod ad alteꝝ apponit : eſt
ille difficilius:ſed lex euangelij ſe hꝫ ex addi-
tione ad legem moyſi:vt ſupra dictũ eſt. Er-
go maior eſt difficultas in lege euãgelica : q̃ꝫ
in antiqua . contra propoſitum hoc declarat
dominus Bonauen. vbi ſupra.q.3. ⁊ Sco.
in.3.di.40.⁊ Alex. in tertia parte.in tractatu
de lege moyſi . dicit ꝙ de hijs duabus legi-
bus eſt loqui tripliciter. aut ratione ſcilicet p̃
ceptorum obligantium . aut rationne affe-
ctionum mouentiuʒ. aut ratione ſacramen-
torum adiuuantiuʒ . Primo ergo mõ.ſ.ra
tione preceptorum obligantium dicendũ eſt
ꝙ ille leges ſe habent ſicut excedentia ⁊ exceſ
ſa. Nam quantum ad numerũ lex vere erat
grauior propter multitudinẽ iudicialiuʒ ⁊ ce
rimonialium. Quantum vero ad perfectõeʒ
⁊ vtilitatem difficilius eſt euangelium : ſicut
difficilius eſt viuere ſm exigentiam perfecti-
onis:q̃ꝫ ſm exigentiam iuris communis.

Secundo modo vero cõparando illas du-
as leges:ad inuicem ratione affectionuʒ mo
uentium.ſic leuius eſt euangelium:qꝛ ad obſ
uationeʒ legis euangelice mouet amor: quia
ſm Bernar. alleuiat onus : nec ſinit ſentire
laboreʒ: ſed potiꝰ ſentit delectationem in eo
quod facit. Ait enim philoſophus ꝙ delecta
tio perficit opus:⁊ ꝙ ſignum habitus.ſ.amo
ris generati eſt operari cum delectatione.
Rõne igit affectõis mouentis lex euãgelica
eſt facilis ⁊ ſuauis. ſꝫ cꝯ° affectio mouẽs ad
obſeruantiam legis moſayce erat timor: vt
ſupra claruit: ⁊ illi timori iuncta erat grauis
punitio : quod ſignificatum eſt Exodi.17.
vbi dicitur.ꝙ manus moyſi erant graues: ⁊
quia timor de ſe penã habet:hinc eſt ꝙ quã-
tum ad hoc lex moſayca multo grauior erat
q̃ꝫ euangelica . Tertio modo eſt cõparare
illas leges ad inuicem ratione ſacramentoꝝ
adiuuantiũ: ⁊ ſic multo lex moſayca eſt diffi
cilior q̃ꝫ euangelica:qꝛ ſacramenta illiꝰ legis
multũ habebant põderis ⁊ parũ de efficien
tia virtutis. Econtra eſt in ſacramentis no-
ue legis : quia parum habent difficultatis ⁊
⁊ multũ vtilitatis. Hinc eſt ꝙ ſm hãc ꝯpa-
tionem lex noua non tm̃ dicitur leuior lege
moſayca:immo dicitur iugum leuitatis:⁊ il-
la dicitur onus grauitatis . Ad illud aũt qđ
contra opponitur reſpõdet ꝙ additiones fa
cte in euangelio faciunt ad cumulum carita-
tis . Et qꝛ ſm Augu.caritate etiam alleuiat
pondus:vt viſum eſt. Hinc eſt ꝙ additiones
potius alleuiant: ſicut penne in auibus : ro-
te in curribus:vela in nauibꝰ : quia ſine iſtis
multo ſunt grauiores . Ita per hunc mo-
dum intelligendum eſt in additione facta in
euangelio. Facit enim ad caritatis augmen-
tum:cuius eſt nos ſubleuare ad modum pẽ-
ne:ad bona opera continue:ordinare:⁊ mo-
uere ad moduʒ rote: per aquas tentationuʒ
⁊ tribulationum vehere ad modum vele : ⁊
ille ſolus qui hanc caritateʒ habet:ſpectat ad
legem euangelij: quam multo melius eſt ha
bere ⁊ deſiderare : q̃ꝫ habere omne donum
ſcientie ⁊ prophetie . Patet ergo differentia
legis euangelij ⁊ legis moyſi ex hijs tribus.
Differunt etiam in alijs multis que breuita
tis cauſa tranſeo:⁊ multa ad hoc pertinentia
in precedenti ſermone. De hijs loquitur Au
gu.libro.2.q.no. ⁊ vete.te.q.102.di. vnaqueqꝫ

lex inter ipsa primordia sensum suum plenū ostendit: vt vetus lex que ad iudicandū pro mota erat: inter initia sua asperior videret: ꝫ icusso timore diligētes ꝫ sollicitos faceret au ditores suos. Noua vero ꝓpterea ꝙ pia ad mīaꝫ facilis est: pmordia sua mitissima ꝫ cle mētissima demōstrat: vt ipsa oblectatōe sua oēs ad indulgentiam ꝓuocaret. Postea ve ro illa q̄ aspior visa est fragilitati humani ge neris nō soluꝫ rigorē suū molliuit: sꝫ etiā hu manaꝫ ꝫ piam se pstitit: ꝫ hec q̄ clemens est visa aliquādo iudicauit. Ananias.n.cuꝫ Sa phira vxore sua cesi sunt diuinit⁹: ꝫ Elimas magis incredulus ꝫ dei legi repugnans di uino iudicio ꝫ virtute cecatus est. Herodes rex ꝓpter qḋ honorem nō dedit deo ab an gelo percussus scatens vermibus expirauit. Nam q: mīa predicat͛ oio inulte putarēt͛ homines ꝫ impune peccari: timorem posuit ostendens ad h dari veniam delictoruꝫ: ꝫ q̄si ex mortuis viuificari: postea abstinere a con trarijs: vt inde laborare͛ ne quis hinc cum crimine exeat: q: ad iudicium veniet. Hic.n. vnicuiqꝫ sententia imputatur in qua defun gitur. Quoniā igitur noua lex plenitudinem hꝫ mīe: ne ɔtemptu duceret͛ ab amatoribus peccatoꝝ in supradictos vindicauit. Vet⁹ ve ro lex quanqꝫ ad vindictam data fit: qbusdā tamē ignouit: ne crudelis diceret͛: sed in plu res vindicauit: q: sensus eius ad vltionē ꝓm ptus est. Sic ergo maior gratia noue legis ē q̄ fuit veteris. Hec ille. Ergo carissimi frēs legem habentes omni gratia ꝫ suauitate re fertam: ad ipsius obseruantiā accēdamur: vt tandē ad ipm legis huius mīe latoreꝫ dn̄m ihm ꝑuenire possim⁹: ꝑpetuis cū eo gaudijs in perēni gl'ia fruituri in secl'a secloꝝ. Amen.

¶ Dominica qnquagesime de magnificati one diuinoꝝ preceptoꝝ ratione replicatōis: oblationis ꝫ leuiationis. Sermo.15.

Maior autem horū est caritas. Prime co rinth.13. ꝫ in ep'la occurrent͛ dominice. Magni hic ai ad loquendū carissimi vestraꝝ deuotionum facit beniuolē tia: cum venerabilem ɔuentum tantorū peri torum virorum ad diuinū verbuꝫ ꝑcipiendū paratissimum esse videam: magne profecto auctoritates vestre magnis de rebus meri to iureqꝫ audire petunt. Et qm̄ in precedenti bus ſmonibus de eterna lege: naturali: mo sayca: ꝫ euangelica satis fuit disputatū: nunc ad diuina precepta veniamus: que quantuꝫ in ipsis legib⁹ aut virtualiter: aut litteraliter continetur: ideo dignissima atqꝫ excellentissi ma sunt ab omnibus iudicāda: inter que ca ritas principatum tenet: de qua Tho. dicit. Maior ꝛc. Preceptorum autem excellentia ꝫ dignitas ex tribus presertim cognosci va let: respectu.s. magnificationis: respectu ɔpa tionis: respectu assignationis. Sed ne proli xitate nimia caritates vestras tedio afficiam in presenti sermone tm̄ de prima excellentia verba faciam: ꝫ vt ordinate sermo procedat: omnibus rationibus diuinorum preceptorū magnificentiam enodabimus. Prima di citur replicationis. Secunda obligationis. Tertia leuiationis.

¶ Pars prima huius ſmonis in qua decla ratur diuersorum preceptorum excellentia: ratione replicationis eorum in omni lege.s. nature: scripture: ꝫ gratie.

lis deiectio. ¶ Quantum ad primum dico q ex quattuor videtur verificari posse q verum sit q diuersitas morum et varietas euentuum causetur ex impressione corporum celestium ¶ Primo ex textu euangelij Mat.2.c. vbi habetur q videntes stellam magi cognouerunt ortum regis. Si ergo xps natus fuit sub constellatione quod apparet ex huius stelle apparitione: ergo multo fortius videtur q alij regi et gubernari habeant sub stellarum virtute. ¶ Preterea confirmatur ex alio euangelij textu Jo.2.di. Nondum venit tempus meum siue hora mea. et Jo.8. Nemo apprehendit eum quia nondum venerat hora eius. Ex quibus videtur q regebatur ex constellatione: ergo multo fortius et nos. Secundo ex textu phi in lib. de proprietatibus elementorum: vbi dicit. q regna vacua facta sunt: et terre depopulate propter coniunctionem duarum magnarum stellarum Jouis et Saturni. Sed hoc non esset: nisi quia bella et lites hominum ex astris pendent. Ergo patet propositum. Tertio hoc idem ex experientia sensibili. Jn mortibus. n. regum vt dicunt astronomi: apparet stella comata: et astronomi: et mathematici de multis requisiti per astrologie iudicia multa pandunt vera. Hoc autem non esset: nisi mores et affectus hominum disponerentur secundum veritatem stellarum. Ergo etc. Quarto videtur ratione euidente. Ad vniuersitatis ordinem spectat: et ad perfectionem regis: vt nihil casu fiat respectu diuine prouidentie. Ergo si deus regit ignobilia per nobilia: inferiora per superiora: et corporalia per incorporalia: videtur q nihil ex hijs inferioribus fiat: quod a stellarum virtute et influentia non procedat. Et si hoc verum est: ergo etc.

¶ Quantum ad secundum quattuor opponenda sunt. Primo opponitur fundamento scripture. Dicitur. n. deutero.4. Solem et lunam et vniuersa astra celi creauit deus in ministerio cunctis gentibus que sub celo sunt. Sed quod creatum est in ministerium hominis: non predominatur ei in virtute et regimine. Aliter enim esset creatum ei in dominium: et non in ministerium. Si igitur astra sunt creata in ministerium: ergo ex eis non pendent principaliter mores hominum. Secundo hoc idem probatur auctoritate Ptolemei di. q sapiens dominabitur astris. Sed hoc non esset: si mores hominum causarentur ex impressionibus stellarum. Ergo etc. Tertio hoc probatur ostensiua ratione: quod ordinatum est recte: secundum huiusmodi non intendit nisi ad rectum. Sed celum cum suis sideribus a primo conditore rectissime ordinatum est. Ergo numquam tendit nisi ad bonos mores. Ergo aut omnes homines habent bonos mores: aut bonitas non causatur ex positione siderum: patetque falsum esse per experientiam: quia plures sunt mali quam boni. Ergo etc. Quarto hoc idem probatur ratione ducente ad impossibile. Si enim bonitas morum causatur ex positione siderum: cum motus eorum sit naturalis et necessarius: diuersitas morum in hominibus est naturalis et necessaria. Ergo nec erit liberum arbitrium: nec valebit consilium: nec meritum erit: nec demeritum: nec laus: nec vituperium. Si ergo hoc est maximum impossibile est: quia dehonestat et deturpat totum vniuersum. Maxime impossibile est q diuersitas morum causetur a positionibus stellarum siue siderum: et sic patet illa pars alteri prime contraria.

¶ Quantum ad tertium est responsio catholica omnium theologorum: et maxime. d. boe. in. 2. di. 14. pte. 2. ar. 2. q. 3. q mores hominum et euentus futurorum a sideribus causari dupliciter potest intelligi. Aut necessarie et sufficienter. Aut dispositiue et contingenter. Si primo modo dicatur non solum est falsum: sed hereticum: imo et diabolicum figmentum. Primo quia repugnat xpiane religioni Secundo quia repugnat sensui. Tertio repugnat rationi. ¶ Primo dico q repugnat xpiane religioni dum est contra veritatem fidei et honestatem morum. Veritas autem fidei in hoc errore saluari non potest. Dum. n. ponit omnia necessario a sideribus venire: tollit meritum et per consequens premium: tollit et gratiam: et per consequens et gloriam: quia tollit libertatem liberi arbitrij: dum ponit omnia necessario venire. Jn qua quidem libertate totus noster honor consistit: virtus: premium: laus et omne bonum quod non esset verum si necessario a constellationibus siderum ista venirent. Honestas etiam morum per hunc errorem preiudicium patitur. Quis. n. si hoc verum est: potest de malo reprehendi? Nullus. Jmmo licentia malefaciendi sine reprehensione conceditur: dum culpa peccantis in sidera refunditur: et homo ad colendum sidera incuruatur. Et iste est finis huius erroris pessimi: quia ad ydolatriam perducit. Et ideo est figmentum diaboli: quia hoc maxime intendit quod maxime reprehenditur. 26. q. 5. c. Non licet xpianis te

nere traditiones gentilium ⁊ colere elemēta aut lune: aut stellaꝝ cursus: ⁊ inanem signoꝝ fallaciam. Hec ibi. Scdo qꝛ repugnat sensui: qꝛ sensibili experientia in eadem ꝯstellatione ꝯceptos ⁊ natos videmus diuersificari in moribus ⁊ exercitijs: ⁊ euentibus: ⁊ naturalibus ꝓprietatibus. ⁊ illud manifeste apparet in Jacob ⁊ Esau: q simul fuerunt ꝯcepti ⁊ nati: ⁊ tñ in hijs oibus sunt diuersificati. Habetur etiā de hoc exēpluz Augu. in. 5. de ciui. dei. c. 6. q arguit ꝯtra mathematicos de duobus geminis quos ipse vidit. s. masculo ⁊ feia di. Nouimus geminos diuersi sexus: ambo adhuc viuunt: ambo adhuc etate vigent: quorum cum sint inter se siles corporum spēs q̄ꝫtum in diuerso sexu: pōt institutio ⁊ proposito vite ita sunt dispares: vt p̄ter actus quos necesse est a virili distare femineos: ꝙ ille in officio comitis militat: ⁊ a sua domo pene semꝑ peregrinat̄: illa de solo patrio ⁊ de rure ꝓprio non recedit. Insuꝑ qđ est incredibilius: si astralia fata credant̄: non autem miꝝ si voluntates hoium ⁊ dei munera cogitent̄: ille ꝯiugatus: illa virgo sacra est. Jlle numerosam ꝓlem genuit: illa nec nupsit. ⁊ infra. Quid. n. taꝫ ad corpus ꝑtinet: q̄ꝫ corporis sexus: ⁊ tñ sub eadeꝫ positione fiderum diuersi sexus gemini ꝯcipi potuerunt. Hec ille. Apparet etiā ꝙ in eadem ꝯstellatione nascitur filius regis ⁊ filius rustici: nascitur hō leo ⁊ asinus femina ⁊ masculus: q nec ꝯueniunt in moribus: nec in euentibus: nec in nālibus proprietatibus: ⁊ hoc ipꝫ probat Gregoꝰ. in omelia epi. di. Fateri etiam mathematici solent: ꝙ quisqs sub aquarij signo nascit̄: in hac vita piscatōis ministeriuꝫ sortiatur. Piscatores auteꝫ vt fertur getulia non habꝫ. Quis ergo dicet ꝙ nemo sub hac stella aquarij nascit̄: vbi piscatoꝛ minime habetur. Hec ille. Et ideo propter hanc sensibilem experientiam ꝯcludit Augu. falsuꝫ asserere mathematicos in. 5. de ciui. dei c. 7. d. Deinde si soli hoies non autem oia que sub celo sunt: cōstellationibus subiacent: cur alij eligunt dies accōmodatos ponēdis arboribus: vel vitibus: vel segetibus: alios dies pecoribus vel domandis: vel admittēdis maribus: qbus equaꝝ vel bouum setent̄ armenta ⁊c. huiusmodi. Si aūt ꝓpterea valent ad h̄ dies electi: qꝛ terrenis oibus corporibꝰ sine aiantibus: s̄ꝫ diuersitates tꝑaliuꝫ momētorum sideꝝ positio dominat̄: cōsiderent q̄ꝫ inumerabilia sub vno tꝑis pūcto vel nascant̄ vel moriant̄: vel inchoentur: ⁊ tam diuersos exitus habeant: vt illas obseruatiōes cuiuis puero deridēdas esse ꝑsuadeant. Quis. n. est tam excorsi: vt audeat dicere oēs arbores: omnes herbas: oēs bestias: serpētes. aues: pisces: vermiculos: momenta nascendi sigillatim hr̄e diuersa. Hec ille. Tertio repugnat recte rōi. Recta. n. ratio dictat ꝙ supiora debent inferioribus p̄poni: nobiliora ignobilioribus. Sꝫ si veꝝ esset ꝙ diuersitas morum causaret̄ a ꝯstellationibus fideꝝ: p̄ponerent̄ ignobiliora nobilioribus. s. astra hoibus: ⁊ h̄ est ꝯtra rōnem rectam. Qđ aūt homo sit nobilioꝛ astris: pꝫ rōne. Naꝫ nobilioꝛ est finis hijs que sunt ad fineꝫ. 2. phi. Sꝫ hō est finis quodāmodo omniuꝫ. 2. phi. ⁊. 2. de aia. Naꝫ oia terrena ⁊ celestia corpora ad vtilitatē nostram facta sunt. vnde ait Lactan. lib. de ira dei. c. 13. Omnia qbus ꝯstat quicqd gnāt ex se mundus ad vtilitatem hois accōmodata sunt. vnde ⁊ Grego. ait. Vitam qppe hoiuꝫ solus q creauit ꝯditoꝛ administrat. Non. n. ꝓpter stellas homo: sed stelle ꝓpter hoieꝫ facte sunt. Dico etiam esse ꝯtra rōnem: qꝛ aut euenit hoi. s. ꝙ constellatio in suo ortu exigit aut non. Si sic: ergo frustra sunt ꝯstellatōes obseruande in actibus suis: cum s̄m p̄mam ꝯstellationē necesse sit ei bona vel mala euenire. Si non in p̄ma ꝯstellatione: g̃ pari ratione nec in sequētibus: ergo nulle sunt obseruande. Et sic iste erroꝛ repugnat sensui fidei ⁊ rationi. Hoc aūt triplex incōueniens qđ dictum est colligit̄ ex verbis Dama. Greg. ⁊ Augu. Scđm igitur hunc modū. s. hoium moresi: ⁊ euentus futuroꝝ: a stellis necessario ⁊ sufficienter causari falsitas incurrit̄: ⁊ heresis periculosa. Si aūt scđo modo dicant̄ mores hoium a dispōnibus fideꝝ variari dispositiue ⁊ ꝯtingenter: sic pōt habere veritatem qꝛ nec rationi: nec fidei repugnat̄. Planum est enim ꝙ dispositio corporis varia multū facit ad variationē affectionum ⁊ moꝝ aie. Anima. n. vt plurimum passiones corporis imitatur. vnde colerici sunt iracundi: sanguinei benigni: melancolici verecūdi: flegmatici pigri: tamen non est hoc necessario. Anima eniꝫ dñatur suo corpori: qñ adiuta est ꝑ gratiam. Multos. n. vidimus colericos: māsuetos: melancolicos: benignos. Quoniam igit̄

virtus corpoꝝ celestium operatur admixtionem ꝛ qualitatem complexionuꝫ: hinc est ꝙ per ꝯsequens operatur quodāmodo ad qualitatem moꝛum: valde tamen de longinquo. Plus.n.facit ad qualitatem ꝯplexionis virtus nē inferioꝛis.s.elementoꝝ: q̄ꝫ virtus siderum. Unde Augu. in.5.de ciui.dei.c.2.in solutione cuiusdā questionis de duobus fratribus: qui simul infirmabantur ꝛ curabantur. vnde hoc esset magis ꝯmendat responsionē phisici: q̄ꝫ astronomi. Hyppocras.n.respondet ꝙ hoc erat ꝓpter similitudinem cōplexionis. ꝛ astronomus respondit ꝙ hoc erat ꝓpter identitatem ꝯstellationis. Melius enīꝫ respōdit phisicus q causam reddit magis ꝓpriam: ꝛ magis ꝓpinquaꝫ. Ex p̄missis ergo ꝯcluditur ſm doctrinā oīum theologoꝛum: p̄sertim Bona. vbi supra. ꝛ Ricar. in eodem di. ꝛ Tho.22.q.95.ar.5. ꝙ ex consideratione corpoꝝ celestium seu cōstellationum pōt qs velle p̄cognoscere triplex genus effectiuum. ¶ Primo nālēs qui dispōni subdunt̄ stellaꝝ ꝛ causantur ab eis: sicut ecclypsatio solis: siccitates pluuie: ꝛ huiusmodi. Et tales euētus p̄cognoscē ꝛ p̄nunciare ex ꝯsideratōe astroꝝ non est superstitiosum: sed ꝑtinet ad scientiā astrologie. Sc̄do effectus foꝛtuitos: vt ꝙ aliqs fodiēdo debeat inuenire thesauꝝ: vel cundo debeat cadere lapis super eum: vel occidi moꝛte violenta: ꝛ huiusmodi. Tales euentus precognoscere velle ꝛ p̄nunciare ex ꝯsideratione cōstellationum: vanum est ꝛ supstitiosum: q꞉ virtus corpoꝝ celestium cum sit naturalis: est determinata ad vnum effm̄ ꝓducendum. Illi aūt effectus pn̄t euenire: ꝛ non euenire: ꝛ vt in paucioꝛibus ꝛ raro eueniunt ¶ Tertio effectus seu actus ꝓcedentes ex libero arbitrio hoīs ꝛ hos velle precognoscē certitudinaliter ex ꝯstellationibus supstitiosum est: q꞉ q̄uis impressiones sideꝝ aliqualr̄ disponant ad varietateꝫ moꝝ: non tñ disponūt necessaria dispōne proxima ꝛ sufficiente: sed dispōne remota ꝛ ꝯtingente: ꝛ ꝯtrariuꝫ hoꝝ asserere est supstitiosum ꝛ hereticum: sicut ostensuꝫ est: ꝛ hoc ē ꝯtra suam volentes iniquitatem excusare. Naꝫ supbus dicit: Non possum aliter facere: q꞉ nat⁹ sum sub tali planeta. O supbe iniq̄ mentiris. Simil'r ali⁹ dicit. Non possum ꝯtinere. O poꝛce luxurioſe. O nefande sodomita. O libidinosa fcia. Infernus te expectat: in ignem eternum manebis: q꞉ libere deum offendis: ꝛ sic in omnibus aliis ꝛ auaris ꝛ inuidis ꝛ gulosis respōdeas. Et sic optime pꝫ planeq̄ꝫ claret catholica vera ꝛ fidelis respōsio. ¶ Quantum ad quartum in hac ꝑte visa catholica responsione: opꝫ euidentem affirmationem destruere. Ad p̄mum argumentum quando dicitur ꝙ dn̄s natus fuit sub ꝯstellatione. dicenduꝫ ꝙ falsum est. Naꝫ stella illa q̄ magis apparuit nō fuit stella nālis sub cuius regione xp̄s nasceretur: vt pꝫ euidenter in ſmone de epiphania in ſmōnario de ꝑctis. vnde Augu. dicit contra Faustum. Non ex illis erat stellis q̄ ab initio creature itineꝝ suoꝛum oꝛdinē sub creationis lege custodiunt. Sed nouo virginis partui nouum sidus apparuit. Hec ille. Non valet igit̄ istud argumentū: q꞉ stella fuit nouiter creata: per cuius apparitionem diuina reuelatione illustrati venerunt ad adorandum xp̄m. Simil'r quando dicit̄ ꝙ xp̄s expectauit tp̄s in passione. Dicendum ꝙ nō expectauit tp̄s fatale: sed tempus adeo p̄oꝛdinatuꝫ ꝛ figuris legalibus p̄signatum: ꝛ sic pꝫ destructio primi articuli. Ad secundū dicendum ꝙ illud verbum ph̄i non tribuit sideribus aliud q̄ꝫ quandaꝫ dispōnem ad tales effectus ex q̄bus bella generant̄. Ex cōmotione enim alicuius humoꝛis pōt aliqua affectio in anima excitari: quam tamen non est necessario ponere: q꞉ anima potest eam reprimere. Sed quia multi sunt insecutores passionuꝫ: ꝛ eis quibus possunt dominari seipsos subijciunt. Hinc est ꝙ multi se subdunt impressionibus astroꝝ: ꝛ ideo frequenter astrologi vera dicunt: maxime circa hoīes sequētes suas naturales inclinationes. Circa vero sp̄ūaliter viuentes ꝛ sapientes qui dominantur passionibus pauca pn̄t vera predicē: immo sicut dictum est homo sapiens dominabitur astris. Ad tertium patet responsio ex dictis: q꞉ astrologi in affectibus nālibus possunt per artem veram predicere. Aliquādo certitudinaliter sicut exemplificatuꝫ est de ecclypsi solis ꝛ lune. Aliquando soluꝫ probabiliter sicut circa serenitates. tēpestates: ꝛ huiusmodi. In hijs vero que subsunt libero arbitrio frequēter ita dicunt falsa sicut vera: ꝛ si aliquando videntur vera dicere hoc fit vl' casu: vel diabolico instinctu. Nam diabolus sicut dicit Augu. libenter se immiscet diuinationibus ꝛ huiusmodi. vnde in.5.de ciui.dei.c.

7.idem ait. Hijs oībus ꝯsideratis non im-
merito creditur:cum astrologi mirabilr mul
ta vera respondent: occulto instinctu fieri spi
rituum non bonoꝝ:quorum cura est falsas ꝛ
noxias opiniones de astralibus fatis inserē
humanis mentibus atqȝ firmare. Non etiā
valet illud qđ obijcitur de stella comata : qꝛ
prout significat mortem regis: non fit a na-
tura:sed diuino iussu:vt dicit Dama. Si eīȝ
naturalr fit non videt̃ magis ratio quare ap
pareat ī morte pncipis:q̄ȝ rustici. Et ideo di
cit dn̄s Bona. ꝙ comata duȝ non significat
mortem pncipis:sed solum ꝙ moriat̃ in eius
apparitiōe:aut si significat hoc fit diuino ius
su q̄ magis mortem eius pnunciat: tuȝ quia
non est persona cōis: tum qꝛ ex hoc frequen
ter pōt oriri perturbatio regni:in cuius custo
dia magis sollicitantur angeli: dum bonum
cōmune pponunt bono speciali. ¶Ad quar
tum dicendum ꝙ quādo dicitur illud quod
regitur pfecte subijcitur regenti:qđ veruȝ est
quando regens aliqd regit per modū domi
nantis:non p modum ministrātis . vnde qꝛ
humani actus regunt̃ a diuina ꝓuidentia si
cut a domināte: nihil pōt euenire preter ipi⁹
prouidentie intentionem ꝛ cognitōeȝ:ꝛ nihil
sic fit casu . Quia vero ab astris diriguntur
solūmodo p modum ministerij : ideo nō oȝ
ꝙ oīa subijciantur eis. Et sic pȝ prima pars.

¶ Pars scđa hui⁹ smonis in qua tractat̃
de obſuationib⁹ incantationū ꝛ supstitōuȝ .

Secundo in isto sermone tractandū
est de obseruationibus incantatio-
num ꝛ superstitionum que fiunt ad
curandas infirmitates ꝛ huiusmodi:que pro
hibentur in hoc pcepto. vnde deutero.18.di-
citur. Nō sit maleficus nec incantator. ꝛ Au
gu.li.de doctrina xpiana.26.q.2.c.illud.sic di
cit. Ad hoc genus superstitionum pertinent
omnes ligature atqȝ remedia : que medicoꝝ
quoqȝ disciplina ꝯdemnat: siue imprecatio-
nibus: siue q̄busdam notis quas caracteres
vocant : siue in quibuscunqȝ rebus suspendē
dis atqȝ ligandis:vel resaldandis quodāmo
do:non ad temparationeȝ corpoꝝ: sed ad quas
dam significationes:aut occultas:aut mani-
festas:q̄ enumeratiōi noīe phisicaȝ vocāt:cā
.s.excusatōis:vt q̄si non supstitōeȝ implicare
sȝ nē ꝓdesse videant̃. Hec ille. Ad quoꝝ de
clarationē tria notāda sunt. Primū erit de
incantatōib⁹. Scđȝ de illusionib⁹. Tertiū
de suspēsionib⁹. ¶Quātū ad pmuȝ de incā
tationib⁹:est sciēduȝ sȝ Tho.2.2.q.96.ar.2.ꝙ
in his q̄ fiunt ad aliq̄s effect⁹ inducēdos cor
porales:ꝯsiderandum est si ista hn̄t vel putā
tur habere virtuteȝ nālēȝ ad ꝓducēduȝ istos
effectus:Tunc erit licitū ꝛ non supstitiosum
vti talibus causis : puta si quis teneat sup se
iaspidem ꝓ restrictōe sanguinis:ꝛ huiusmōi
Si aūt non videtur ꝙ illa pn̄t nāliter causa
re tales effectus: sed per inuentōeȝ aliquarū
chartaꝝ:vel noīum ignotorum:vel alicui⁹ va
ne obseruantie expectetur : iste effectus van⁹
ꝛ supstitiosus erit sm predictum Augu. ver-
bum. Prohibent̃ igitur incantationes que
fiunt:aliquādo verbis expresse malis: aliquā
do inutilibus ꝛ vanis verbis:aliquando ver
bis apparentibus bonis dei vel sanctorum .
Sed in istis plurimum permiscetur aliqua
perniciosa superstitio:sicut in melle venenuȝ
vȝ aliqui caracteres seu ignota demonuȝ no
mina:seu obseruatio locorum: seu temporuȝ
vel aliquid huiusmodi per deceptionē diabo
li:vt hijs obseruantijs occupati curiosiores
fiant homines:ꝛ sic multipliciter implicētur:
sm Augu.26.q.ꝛ.c.illud. Colligere tamē her
bam medicinalem cum symbolo vel oratōe
dominica ex deuotione sine alijs superstitio-
nibus:ꝛ eis vti non reprobatur:vt.26.q.5.ca.
non liceat. sm Raynal. De incantationib⁹
dicit W W. ꝙ si nil superstitiosuȝ dant vel do
cent vel faciunt:sed tantuȝ vtunt̃ licite preci-
bus ꝛ admirationibus : sicut per passionem
xp̄i ꝛ crucem ꝛ huiusmodi:credo ꝙ non pec-
cent mortalr:nisi hoc fecerit post ꝓhibitōem
ab eccl̄ia eis factam. Sȝ credo prohibendos
esse viros ꝛ feminas a talibus: qꝛ multa in-
utilia ꝛ superstitiosa solent admisceri. Nam
inueni quendam religiosum in quodam ca-
stello dantem hostiam triptitam:in vna par
ticularum scribenteȝ:xp̄s mortuus est. In al
tera:xp̄s sepult⁹ est. In alia vero:xp̄s resur-
rexit:ad expellendas febres: alternatiȝ sumē
do eas in mane cum tribus pater noster: q̄i
xp̄s non habeat potentiā alr: nisi per huius-
modi obseruationem. O perniciosa ꝛ diabo
lica deceptio:sub specie boni quot abutuntur
oleo sancto:quot aqua baptismali:quot ossi-
bus mortuorum:quot ligno crucis: cum qui
bus miscent nomina demonum: ꝛ ita dece-
pti sub pretextu reliquiarum:demones vene
rantur ꝛ adorant. Quidaȝ insuper alij ad re

stringendum cruorem a quocunqz vulnere effluentem: hoc versiculo vtuntur dicentes. Longino feri christo dal lato dextro: sangue ꝛ aqua ando per lasta: disse christo basta. Quod nusq̄ reperit̄. s. ꝙ xps dixerit hec verba: cum quando eum vulnerauit: iam mortuus esset. Ecce q̄z diabolicum ꝛ hereticuz est ꝙ tollit xp̄m non vere fuisse mortuuz. Ideirco dicit Tho. Orare super infirmos non est omnibus permittendum: propter multa supstitiosa que solent rustici ꝛ mulieres orationibus iungere. Et ideo valde erroneum est ꝙ alique orationes psalmi vel alia verba habeant specialem virtutem aliter q̄z ꝙ ab ecclesia ordinatū est: qua de re dicit Tho. ꝙ si habeatur respectus precise ad verba sacra ꝛ virtutem diuinam non erit illicitum incantare serpentes ꝛ alia animalia: dūmodo nō imisceantur aliquevane obseruationes. Nā tales illicituz reddunt. Qd̄ si forte queratur an imagines astronomie sortiantur effm̄ aliquem ex impressione celestiuz corpoꝝ: respō detur ƀm Tho. in responsione scdi articuli: supra. ꝙ virtutes naturales corpoꝝ naturalium sequuntur reruz formas substantiales: quas sortiuntur ex impressione celestium corporum ex quibus habent quasdam virtutes actiuas. Sed forme corporum artificialium procedunt ex operatione artificis: ꝛ cum nō aliud sit q̄z compositio ordo ꝛ figura: vt dicit̄ 2. phisi. non possunt habere naturalem virtutem ad agendum ex impressione celestiū corporum: nisi solum ƀm materiam naturalem ꝛ ƀm Augusti. 10. de ciuitate dei. Imagines quas astronomicas vocant: ex operatōe demonum habent effectum. Cuius signum est quia necesse est eis inscribi quosdam caracteres: qui naturales ad nihil operantur: ꝛ in h̄ distant astronomice imagines a nigromanticis: ꝙ in nigromanticis fiunt expresse inuocationes demonum ꝛ pacta: sed in alijs ima ginibus sunt quedam tacita pacta per quedam figurarum seu caracterum signa: ꝛ sic patet quid dicendum de incantionibus.

¶Quantum ad secundum de obseruantia suspensionum. s. chartarum ꝛ huiusmodi ƀm Tho. sciendum est. 2. 2. q. 96. arti. 4. ꝙ cauendum est ne quid horum in eis reperiatur. s.

¶Primo vt non sit in eis aliquid pertinēs ad inuocationem demonuz: quia sic esset superstitiosum. Secundo ne si habeat nomina ignota: sub illis lateat aliquid illicitum. Tertio ne quid falsitatis contineat: quia sic eius effectus nō posset expectari adeo: quia non est testis falsitatis: sȝ a diabolo. Quarto notandum est: ne cum verbis sacris contineat aliqua vana: puta caracteres scriptos: ꝛ huiusmodi signa preter signum crucis. Quinto vt spes non ponatur in modo scribendi: aut ligandi: puta ꝙ scribatur in charta virgine: vel in ortu solis: vel ieiuno stomacho: vel dum legitur euangelium: vel ligari cum tot filis: vel appendi per hominem virginem: vel ꝙ nullus debet videri: ꝛ huiusmodi vanitatibus: que ad dei reuerentiam non pertinent: quia illicita essent ꝛ superstitiosa: vt patet ex predictis Augu. verbis. 76. q. 2. c. illud. ꝛ. q. 5. Non licet portare nisi simbolum ꝛ orationem dominicam: ꝛ hoc sine aliqua superstitione modis predictis. vnde XX. dicit qd̄ illa breuia que continent huiusmodi si quis portauerit in igne vel aqua vel non morietur mōte subitanea vel consequetur tale bonuz ꝛc. Talia non sunt portanda: sed reprobanda sunt: ꝛ peccant facientes: portātes vtentes: consulentes: credentes: ac vendētes vnde propter hoc dicit Gregorius. 26. q. 5. Si quis ariolos aut incātatores obseruauerit: aut philaterijs vsus fuerit: anathema sit. Philaterie enim dicuntur cedule. Naz frater noster Jacobus de marchia reppit quendam armigerum habentem breue: propter quod confidebat nunq̄z posse male mori: a fratre Jacobo interrogatus vnde hoc hūisset: respondit ꝙ quidam suus famulus habebat qui fuit suspensus. Cui senior subridēs dicit. O pauper homo si non profuit famulo tuo: quomodo proderit tibi. Qui cōfusus q̄z primum illud lacerauit. Vana ḡ hec sunt omnia: nec ab aliquo alio efficaciam habentia: nisi a diabolo vt patebit in sermone sequenti. Est tamen aduertendum ꝙ hij q vtūtur talibus breuibus ꝛ predictis superstitionibus ꝛ incantionibus: ꝛ si excusentur a peccato mortali cum ista faciunt: simpliciter credentes esse licita cum ibi non appareat manifeste inuocatio demonum vel pactio cum demone: vel adoratio creature: nec vnq̄z audierint esse prohibita: tamen illi qui audierunt a predicatoribus ꝛ cōfessoribus esse illicita non videntur posse excusari a mortali peccato: cum sint contra reuerentiam diui-

ni cultus:⁊ faciant scienter. ⁊ idem est de cō
sulentibus ⁊ permittentibus:quorum inter-
est prohibere .2.q.prima notum sit. Super
omnia sciendum ſm Thomā. vbi supra in
r̄nsione tertij argu. ꝙ portare religas si fiat
ex deuotione sanctorꝝ ⁊ silr̄ nomen Jesu xp̄i
ex deuotione filij dei in qbus hn̄t fiduciā nō
adiuncta aliqua vanitate licitū est de se. Sꝫ
si addatur aliqua obseruantia vt ꝙ vas sit
triangulare:⁊ alia que dicta sunt hmōi sup-
stitiosum erit ⁊ malum. Caute insup in his ē
ambulandū:qꝛ multe fiunt deceptiōes sub p̄
textu deuotionis. Nam quedā dn̄a nomine
Joāna laborans febre quartana accepit a q̄
dam breue huius tenoris. Madona zoana
dala febre quartana Dio ve mandi lo mal
anno ⁊ la mala septimana. Nā quidā frater
noster cum eius esset cōfessor apperiens hoc
breue hanc deceptionē reperit. Silr̄ ⁊ frater
Vincentius socius sancti Bernardini inue
nit quoddaꝫ breue huius tenoris. Doliate il
capo che doler te sole: Dolia a te ⁊ achi ben
te vole: Dogliate li ochij ⁊ doliate li denti:
Doliate il corpo in sieme cō lo vētre: Vane
al mare ⁊ fati incantare: Che cento diauoli
te possiano portare. Ecce ergo quāta est de-
ceptio. Nulla equidem alia virtus reperitur
in eis. patet ergo qd̄ dicendū est de supersti-
tione suspensionum. ¶ Quātum ad tertium
in hac parte. s. de obseruatione illusionū qua
obseruatione quedā mulieres decipiuntur ⁊
illudunt̄ q̄ asserūt se cū diana vel herodiade
nocturno tp̄e equitare ⁊ se i alias creaturas
transformare: que ideo vulgariter dicuntur
strege. Nam hmōi valde detestant̄ p̄ ꝯciliū
aglianū. 56. q. 5. c. ep̄i eorꝝ. vbi dicit̄. Quedaꝫ
scelerate mulieres post sathan conuerse de-
monum illusionibus ⁊ fantasmatibꝰ seducte
credunt ⁊ ꝓfitent̄ cū diana horis nocturnis
dea paganorꝝ:vel cum herodiade ⁊ inumera
multitudine mulierꝝ eq̄tare supra quasdā be
stias ⁊ multa terrarꝝ spacia in tempeste noctꝭ
silentio ptransire. Cuius iussionibus obedire
velut dn̄e ⁊ certis noctibus ad eius seruitiuꝫ
euocari. Sed vtinā he sole in pfidia sua perij
sent. Nā ⁊ inumerabilis multitudo hac fal-
sa opinione decepta. h̄ vera esse credūt:⁊ cre-
dendo a recta via deuiant ⁊ erroribus paga
norū inoluūt̄:cū aliqd diuinitatis vel numi-
nis extra vnū arbitrant̄ deum. Quapropter
sacerdotes p̄ ecclesias sibi cōmissas pplo dei
omni instantia predicare debēt vt nouerint
hec oia falsa esse ⁊ non a diuino sed a mali-
gno spiritu talia fantasmata irrogari: ⁊ ita
dicit̄. Quisqs credit posse fieri aliquā creatu
ram aut in melius aut in deterius imutari:
aut transferri in aliam spēm vel aliam simi-
litudinem:nisi ab ip̄o creatore:qui omnia fec̄
per quem oia facta sunt: ꝓculdubio infidelis
est ⁊ pagano deterior. hec ibi. Notanduꝫ ſm
glo. xx. in predicto cap. ꝙ postq̄ꝫ quis predicta
audiuit ⁊ credit ⁊ pertinaciter asserit mortalr̄
peccat:qꝛ hec per demones ficte ⁊ simulate fi
unt. Nam in vitis patrū legit̄ ꝙ ad beatum
Machariū discipulū sancti Antonij e vici-
nio opido quedam puella adducta fuit q̄ ocu
lis hominū ꝓrsus equa:⁊ non femina vide-
batur:qd̄ per magicas artes factū erat. Illi
a viro sancto percunctati qd vellent virginis
parentes. R̄nderūt equa ista q̄ꝫ vident oculi
tui filia nr̄a fuit. Sed scelesti hoies per artes
magicas in hoc aial verterūt. Velis igit̄ ob
secramus pro ea dn̄m exorare vt illam ad id
qd̄ fuit redeat:at vir sanctꝰ ait. Ego hāc quā
ōnditis puellam video nihil pecoris in se ha
bentem. hoc aūt qd̄ dicitis nō est in eius cor
pore:sed est in oculis intuentiū. Fantasie eni
demonū sunt ista:non veritas rerꝝ. Et cū fil̄
fudissent orationē ois fallacia demonis eua
nuit:⁊ sicut erat virgo ab oibus videbat̄. Est
aūt aduertendū ꝙ illusio aliqn̄ per fassinatio
nem fit de qua dicit̄ per ap̄lm Gal̄. 3. Quis
vos fasinauit veritati non obedire. vbi glo.
dicit. ꝙ duplr̄ dicit̄ fassinari. Vno modo po
nitur pro ludificare cū. s. arte magica perstrin
gunt̄ oculi vt aliter res videat̄ q̄ꝫ sit vt exem
plificatum est. Alio modo alicuius oculo re-
spici ⁊ inde ledi. Sunt enim quidam oculos
vrentes hn̄tes:qui respiciendo paruulos le-
dunt:ita vt cibū e stomacho eiciāt nauseā pa
tiantur. Et hoc ſm nāꝫ est possibile. Anima
enim vehementer affecta imutat oculū:ocu-
lus imutatus imutat aerem:aer imutatꝰ im
mutat tenellaꝫ pueri carnē:⁊ sic ledit vt cibū
euomat. Primo modo in faciente mortale
est in patiente non. Scd̄o mō in agēte pec-
catū non est ex quo est nāle:nisi fieret ad no-
cendū. Nō tn̄ facienda est aliqua incantatio
vel supstitio ad hoc remouendū vt mulieres
le solent. Et sic patet quid dicendū de illusio
nibus:patetqꝫ scd̄a pars huius sermonis.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua tractatur de superstitione obseruationis temporum ⁊ aliorum occurrentium.

TErtio in hoc sermone tractanduꝫ est de obseruatione alioꝝ occurrentium circa que tria cōsideranda sunt: vꝫ.
¶ Primo de obseruatione tempoꝝ ⁊ dieruꝫ.
Scdo de obseruatōe ieiunioꝝ ⁊ orationuꝫ.
Tertio de obseruatiōe luctꝰ tristitiaꝝ ⁊ fortuitorum. ¶ Quātum ad pͥmum de obseruatione dieꝝ ⁊ tempoꝝ. Sciendū ꝙ si obseruetur tempus vel dies ad aliquid faciendū vel dimittendum. puta ex causa nāli cauet sibi a sumptione medicine: vel minutiōe sanguinis in fine lunaris. arbores incidit vel plantat sꝫ dispositionē que multū opaꝛ in ista inferiora talis obseruatio non est superstitiosa nec illicita. Sed si non mouetꝛ ab aliqua nāli causa: sed aliqua falsa opiniōe. s. quia putat aliquos dies fortunatos ⁊ aliquos infortunatos supstitiosum est ⁊ friuoluꝫ: vt si quis vtitꝛ herbis collectis in mane ascēsionis: vel balneat se in nocte Jo. baptiste: vel in kl' non vult aliquid dare. hec omnia talia sūt vana. Unde Aug. 26. q. 6. c. non obseruetis. dicit. Non obseruetis dies qui dicūtꝛ egyptiaci aut klās Januarij: in quibus cantilene quedaꝫ ⁊ comessationes: ⁊ adinuicem dona donanꝛ: quasi in pͥncipio āni boni fati augurio: aut aliquot menses aut tempora aut dies ⁊ ānos: aut lune solisqꝫ cursus: quia qui ⁊ has ⁊ quascūqꝫ diuinationes: aut fata: aut auguria obseruat: aut attendit: aut cōsentit obseruātibꝰ. Inutiliter ⁊ sine causa ⁊ magis ad sui dānationē ꝙ̄ ad salutē tendit. hec ibi. Et ibideꝫ. c. non lꝫ dicitꝛ. Non licet iniquas obseruatiōes agere klāꝝ ⁊ ocijs vacare: neqꝫ lauro aut viriditate arborum cingere domos. Omnis eni hec obseruatio paganoꝝ est. ⁊. c. sequenti ideꝫ habetꝛ Dies egyptiaci vt refert Nico. de lira dicūtꝛ Uel quia illis diebus percussa fuit egyptus: vel quia tales dies egyptij inuenerūt: cauendos tāqꝫ infaustos. ⁊ sic patet pͥmū i hac pte ¶ Quātum ad scdm. s. de obseruatione orationum ⁊ ieiunioꝝ que a quibusdam exercētꝛ ⁊ obseruantur in arte notoria: ad sciam ⁊ memoriam acquirendam. Sciēduꝫ sm Tho. 2. 2. q. 96. ar. j. ꝙ hmōi obseruantia illicita est ⁊ inefficax. Primo enim est illicita: qꝛ vtitꝛ quibusdam ad sciam acquirendā que nō habent sm se virtutem causandi sciam: sicut in inspectione quarūdam figurarū: ⁊ ꝓlatione quorūdam verborum ignotoꝝ: ⁊ hmōi alijs Et ideo hmōi ars non vtitur his vt causis: sed vt signis: non aūt vt signis diuinitus institutis: sicut sunt sacramentalia signa: vnde relinquitꝛ ꝙ sint superuacua signa: ⁊ per cōns pertinentia ad pacta cum demonibus. Ideo ars notoria penitus sic fugienda est ⁊ relinquenda a xpiano: ac repudiāda sicut alie nugatorie artes ⁊ superstitiose: sm Aug. 26. q. 2. c. illud: quia ē mortale peccatū. Nam Deut. 18. habetur. Non inueniatꝛ in te qui querat a mortuis veritatem. ꝙ ideo ꝓhibetur sm glo. quia hmōi inquisitō nititur auxilio demonū Sed per obseruantias artis notorie ingritꝛ cognitio veritatis per quedam pacta signoꝝ cum demonibus: vt dictum est: ergo vti arte notoria est illicitum. ¶ Scdo ars notoria est inefficax ad acquirendā sciam. Cuius ratio ē quia per hmōi artem cum non attendatꝛ acqsitio scientie per modū homini generalem. s. adinueniendo vel adiscendo: cōsequens ē ꝙ ille effectus expectetur a deo vel a diabolo. Non pōt dici ꝙ a deo expectetꝛ: quia ⁊ si aliquibus dedeit scientiam ⁊ sapientiam per infusionem: vt Salomoni. 3. Reg. 3. Et apl's vt dicitur Luc. 21. Ego dabo vobis os ⁊ sapientiam ⁊c. Non tn̄ sicut hoc ex tali obseruatione: nec quibuscūqꝫ sm arbitriū spūs sci sm illd. j. cor. 12. Operatur h omnia vnus atqꝫ idem spiritꝰ diuidens singulis ꝓut vult. Nō insuper dici pōt ꝙ hmōi effectus expectetur a diabolo: quia ad eū non ptinet illuminare intellectum: ⁊ ideo nullus vnqꝫ a demone scientiam acquisiuit. Quod etiā videtꝛ dicē Porfirius vt refert Aug. 10. de ciui. dei. Possunt tn̄ demones hoibus loquētes exprimere aliqua sciaꝝ documēta: sed hoc non acquiritꝛ p artem notoriam. De inuestigatiōe aūt reruꝫ perditarum per inspectionē astrolabij ꝙ̄uis dicant aliqui esse licitum dūmodo fiat absqꝫ superstitione aliq̄: tn̄ Uincen. Hosti. Gof. dicunt simpliciter illicitum ⁊ nūqꝫ esse licitū. Et sic patet scdm in hac parte. ¶ Quantum ad tertium in hac parte de obseruatione aliquoꝝ occurrentium ad euitandum infortunium ⁊ consequendam felicitatem. Sciēduꝫ sm Tho. vbi sup. ar. 3. ꝙ homines huiusmōi obseruatiōes attendūt non vt quasdā cās: sꝫ vt quedam signa futuroꝝ euentuum bonoꝝ

vel malorum. Non autem obseruantur sicut signa a deo tradita cum nō sint introducta ex auctoritate diuina: sed magis ex humana vanitate cooperante demonum malicia: qui vt dictum est nituntur hominū animos hmōi implicare. Et ideo manifestum est oēs hmōi obseruationes eē supstitiosas τ illicitas. vñ 26.q.j.c.illō. vñ Aug. dicit. Sic sunt in aures in summo singulariū aurium: aut destructionum ossibus ansule in digitis: aut cum dicit tibi singlutiēti vt dextra manu pollicem teneas: his adiungūt millia mala imanissimarum obseruationū: si membrū aliquod salierit se iunctis ambulantib⁹ amicis lapis aut puer medius interuenerit. hinc etiam sūt illa limen calcare cum ante domū suam transit: redire ad lectuz. Si quis dum se calciat sternutauerit. Redire ad domū si pcidens offēderit: vel si vestis a soricibus rodatur. hec ibi Ad predicta etiam sunt multa exēplificatiua que fiunt hodie. Alij enim noue lune dum pmū viderint radios dicunt adorātes. Salue sancta luna. Alij in suis incantationibus arbores salutant dicūt. Salue sancta sambuce τ similia. Nōnulli carbones natiuis dñi suspendunt in vincis vel alibi ad expulsionem grandinis. Quidam tempore grauidatiōis sue vxoris: nolunt ignem concedere pximo suo. Pleriqꝫ alij nolūt φ mulier grauida teneat filios suos ad baptismuz. Alij obseruāt multa superstitiosa in introitu domorum vel in nuptijs seu dum vxor ducitur. Quidam etiā clerici lugubribus vestibus altaria induūt vel consueta luminaria extinguūt τ hmōi: que si faciant ad humiliationē τ deuotionē: nō est prohibitū: vt patet. 26.q.5.c. Quicūqꝫ. Si aūt faciant ad imprecandum alicui mandatum: peccant mortalr. Similiter qui dicūt vel dicere faciunt missas per requiem eternam vt persona viua moriatur. Abstineamus ergo frēs ab his vanis τ supstitiosis: seruiamusqꝫ deo nostro optimi: qui solus potens omnez gratiam abundare facere in nobis: τ gloriaz in futuro seculo. Amen.

¶ Feria scdā post pmam dominicā in quadragesima de permissione: remediatione: et punitione superstitionum. Sermo. 24.

Pascam illas in iudicio τ iustitia. Scribūtur hec verba Ezech. 34. c. τ in pphia hodierna. Et si in Christo fratres carissimi plurima in superioribus iam dicta sūt de superstitionibus p dei precepto aduersantibus τ inumerabiles (vt ita loquar) ad eterne dānationis cumulum hominum animas trahentibus. Attamen quia clare compertum est ex precedentibus φ omnia ista superuacua sunt: τ operatione ipsorum demonum fiunt ne pusilli τ ignorantes in maius incidant periculum criminis: ipsum nomē domini blasphemantes: cur vz istam potentiam diabolo in perniciem animarum nostrarum dominus ipse concesserit asserentes τ condēnantes. Placuit isto in sermone ad euacuationem perfectam demonum deceptionum ad clariorem intelligentiam quedam alia de supstitionibus adducere vel addicere. Idcirco pfata assumpsi verba dñi p Ezech. dicta. s. pascam illas. i. animas omni suauitate: que nō abierunt post iniquitates istas. s. superstitionum in iudicio. i. i die iudicij: τ iustitia dans vnicuiqꝫ ƀm opera sua. Tria igitur in presentiaruz de superstitionibus videamus. quorum

¶ Primum dicitur permissiua possessio.
Scdm vero fructuosa remediatio.
Tertium autem grauissima punitio.

¶ Pars pma huius sermonis in qua declaratur quātam potentiam habeant demones obsedendi τ malefaciendi: τ quare deus permittit.

Primo igitur in isto sermone ad videndum quō iste superstitiones operatione demonum fiunt: τ vnde hāc potestatem assumant tria notanda sunt.

¶ Primum quorum dicitur possessio.
Scdm maleficiatio. Tertiū aūt pmissio.

¶ Quātum ad pmum in hac parte considerandum qd dicitur possessio. Sciendum est ƀm dñm Bonauē. in. 2. dist. 8. parte. 2. ar. j. q. j. φ demones possunt humana corpora habitare τ possidere: sicut innuit textus euangelicus Matth. 8. Et. 12. τ Luc. 8. τ. xj. vbi habetur φ Iesus erat eiciens demoniuz τ illud erat mutū. Cuius ratio triplex assignatur. Prima quarum dicitur ratio spiritualis nature: quia sicut dicit. Aug. lib. de diuinatione demonū

Ipsi demones per naturam sue subtilitatis idest spiritualitatis possunt quecūqꝫ corpora penetrare: ⁊ in eis sine aliquo obstaculo ⁊ impedimento subsistere. Ratione vero sue potestatis possunt ea corpora in quibus sunt cōmouere ⁊ conturbare. Ideo quātum est de potestate eorum ⁊ subtilitate nature possunt corpora humana intrare que ⁊ ꝑturbare pñt nihil a superiori virtute ꝓhibeantur. Scđa ratio dicitur corporalis resistētie: quia nullū corpus potest prebere obstaculū spiritui: ergo cum demones spiritus sint nullum corpus ē eis obstaculum: ergo sicut lumen penetrat aerem vsqꝫ ad ꝓfundum ⁊ ibidem manet: sic spiritus demoniacus corpus humanum subintrare potest per totum: ergo nisi expellatur a virtute videtur ꝙ ibi possit habitare.

Tertia ratio dicitur multiplicis experiētie: quia vt dictum est ex euāgelio: ⁊ etiam quottidie reperitur ꝙ multi a demonibus obsidētur. Tunc sic aut hoc est: qꝛ habent in eis demones effectū: aut quia in eis sunt ſm substantiam. Si quia in eis habent effectū: ergo omnes peccatores obsessi essent a diabolo ꝙ falsum est: igitur a sufficienti diuisione: quia sunt in eis ſm substantiam obsessi dicuntur. ꝙ si forte dicatur glo. super illō Abac. 2. dñs in loco sancto suo sic dicit. Simulacris assistere potest imundus spiritus: intrinsecus eē non potest. Et Beda super illud Act. 5. Cur tentauit Sathanas cor tuum: sic dicit. Implet Sathanas cor alicuius: non quidem ingrediens in eum nec in sensu eius: ergo non videtur ꝙ demon ingrediatur ſꝫ substantiā corpus alicuius hominis. Ad hoc respondetur ſm Bona. ꝙ esse intrinsecus in aliq̊ pōt esse dupliciter. Aut sicut contentum respectu continentis: vt aqua respectu vasis: Et sic demō potest esse intrinsecus i simulacris. Alio mō esse intrinsecꝰ dicitur aliqd ꝙ influit i initia rei ñ influendo cōseruat ⁊ perficit: ⁊ hoc mō congruit demoni: nec respectu simulacri: nec respectu hominis: ⁊ sic intelligitur p̄ma glo. Alia vero glo. Bede non loquitur de ingressu in hominem qui attenditur ex parte corporis: sed qui attenditur ex parte spiritus rationalis. Et sic tñ sciendum ꝙ multi fingunt false se a diabolo vexari ⁊ oppressos fatuitate quadam propter maliciam: vel propter amorem carnalem: sicut consueuerunt mulieres. Refert enim quidam ex fratribus nostris. A parentibus sibi quandā puellā fuisse presentatam vt eam signo crucis signaret. Existimabant enim eam a demonio vexari q̃ꝫ cū fuisset allocutus reperit eā philo captaꝫ amore cuiusdam iuuenis. Nō igitur de leui assentiendum est: quia sub hac specie multe fiunt deceptiones. ¶ Quantum ad scđm in hac parte considerandum qđ dicitur maleficiatio. Sciendum ꝙ quedam alie incantationes fiunt operatione demonum ad nocumētum hominum: vt ꝙ aliquis consumatur paulatim: vel ꝙ non possit vxorem cognoscere: ⁊ hmōi. Et hec incantationes dicuntur maleficia: de quibus. 26. q. 5. c. nec mirū. Dicit Aug. Magi sunt qui vulgo malefici ob facinorꝫ magnitudinem nucupantur. hi sunt qui permissu dei electa concutiunt: hominum ꝑturbant mentes minus confidentiū in deo: ac sine vllo veneni haustu violentia tñ carnis interimūt homines. Vnde Lucanus. Mēs hausti nulla sanie polluta veneni incantata perijt. Demonibus enim accitis audēt ventilare: vt quousqꝫ suos perimant malis artibus inimicos. hi etiam sanguine vtuntur: ⁊ victimis sepe contingunt corpora mortuorū. Tales mortaliter ⁊ grauissime peccant: ⁊ ſm leges ⁊ canones atrocissime puniuntur vt infra patebit. ¶ Quātum ad tertium in hac parte considerandum qđ dicitur permissio. Sciendum ſm Bonauē. vbi supra in corpore. q. ꝙ deus permittit illa demonibus facere: ſꝫ sententiam diui Hieronymi. Aut ad sue glorie ostensionem: Aut ad peccati punitionem: aut ad peccantis correctionem: aut ad nostram eruditionem. Sed ex qua causa determinate permittat hoc latet humanam industriam: propter quod occulta sunt dei iudicia: hoc tñ planum est non esse iniusta: ideo non sine cā talia permittit. vnde Aug. lib. de ciui. dei trāsumptiue vero. 26. q. 5. c. nec mirum cōfirmat ista diffusius appertēs ⁊ dicit. Hec potestas ideo datur imundis spiritibus: vt peruersos sibi aptent: hoc est prauos homines seducant illos. s. qui spernunt veritatem ⁊ credunt mēdacio. Et iuxta Pauli sniam. 2. Thi. 4. sanā doctrinā non ferent: sed ad sua desideria coaccruabunt sibi magistros. p. au. ⁊ a. ver. qdē au. auer. ad fa. aut cōuer. onerati varijs peccatis ducentur varijs desiderijs semper discē-

ces ꝛ nūꝙ ad veritatem scientie peruenientes. Quemadmoduꝫ aūt iamnes ꝛ mambres restiterunt Moysi. Ita ꝛ isti resistunt veritati homines corrupti:mente reprobi circa fideꝫ: sed vltra non perficiēt. Insipientia eoꝝ manifesta erit oībus sicut ꝛ istoꝝ fuit. Nec ideo quisꝙ credere dꝫ quoslibet magicis artibus aliqd facere posse sine permissu dei:q omnia que fiunt:aut iusto dei iudicio facit:aut pmissu suo ita fieri sinit. Hec ibi ꝛ infra. Si autē quilibet opponat aut dicat. Quomodo vel qūlibet eueniunt aliquādo q̄ illi diuini pdicunt futura:aut quomō pnt egris pbere medelaꝫ: aut sanis remittere egritudinē:si aliqd ppriē virtutis ac ptātis non hēant:hoc a nobis recipiant respōsum:qꝛ ideo quisqꝫ non dꝫ eis credere:qꝛ aliquando eueniūt que pdicunt: aut sanare videnť languidos vel ledere sanos:qꝛ hoc pmissu dei fit: vt ipsi q hoc audiūt vel vident: pbentur ꝛ appareat quali fide sint vel deuotione erga deum:sicut in deutero.legiť. Moyses ex verbo dn̄i pplo dei ita pcepisse diciť. Si surrexerit in medio tui ppha:aut q dixerit somniū se vidisse:ꝛ predixerit signum atqꝫ portentū:ꝛ euenerit qđ locutus est: ꝛ dixerit tibi. eamus ꝛ sequamur deos alienos: quos ignoras:ꝛ seruiamus eis: non audies verba pphete aut somniatoris: qꝛ tētat vos dn̄s deus vester:vt palam fiat vtꝝ diligatis eum an non. In toto corde vestro ꝛ in tota aīa vestra dn̄m deum vestꝝ seqmini: ipsum timete:mandata eius custodite:ꝛ audite vocem eius:ipsi seruietis:ꝛ ipsi adherebitis ꝛc. Vbi sane intelligi volunt ꝛ ea q̄ a diuinantibus non ꝫm deum dicunt. Si acciderit q̄ dicunt non sic accipiēda: vt fiant que precipiuntur ab eis: non colanť que colūtur ab eis. Nec preter suam ptātem deus ostendit esse que ɔtingunt ista: sed quasi quereretť cur ea pmittat cām tentationis exposuit ad cognoscendum vtiqꝫ eoꝝ dilectionem: vtrum habeant eam erga deum suū. Cognoscendū vero ab ipsis priusꝙ ab illo qui scit omnia antequꝫ fiant. Hec ibi:ꝛ sic patet prima pars huius sermonis.

¶ Pars secunda huius ꝫmonis in qua ponuntur remedia cōtra predictas superstitiones:maleficiones ꝛ oppressiones.

Secundo in hoc sermone aliqua pdicta ad euidendas demonuꝫ astutias:peruersitates:oppressiones: ꝛ maleficia tria remedia dantur precipua videlicet.

¶ Primum dicitur inuocatio. Scđm cōsideratio. Tertium vero malignatio.

¶ Quantum ad primum qđ dicitur inuocatio:sciendū qꝫ demones non melius eijciuntur ꝙ per dei inuocationeꝫ: ꝛ sanctorum ꝛ maxime nominis ihu:quia Marci vltimo dicitur. In nomine meo demonia eijcient. Sed hodie hijs omissis ꝙplures consulunt maleficos:supra se diabolica deferūt:vt breuia plena nominibus demonum ꝛ alijs superstitionibus periculosis. Non est igiť hijs credendum:sed in dn̄o sperandum:iuxta illđ psal. O disti omnes obseruātes vanitates superuacue. Ego autem in domino speraui. Sed hec spes debet temperari cum timore: vt homo purget se per veram penitentiam ab offensis dei:ꝛ a subiectione diaboli: ꝛ tūc sine dubio non poterunt ei ista nocere: iuxta illđ Job.13. Et si me occiderit in ipo sperabo. Veruntamen vias meas coram ipso arguam:ꝛ ipse erit saluator meus. Et si etiā sic faciendo aliquid horum homini acciderit non tamen dimittat spem: quia ad probationem venit vt dictum est: ꝛ ad aliquod suum bonum:sequens doctrinam apostoli ephe.6 dicens. In omnibus sumentes scutum fidei in quo possitis tela nequissimi ignea extinguere. Et ideo Roma.8 scribitur. Si deus pro nobis: quis contra nos:ꝛ addit. Scim9 quia diligentibus deum omnia cooperanť in bonum:ꝛ sic patet primum remedium.

¶ Quantum ad secundum remediuꝫ quod dicitur consideratio. Nemo quippe dubiuꝫ habere potest. Qđ si quis diligenter cōsideret huiusmodi vana ꝛ superstitiosa vt supra dictum est: nullam de se prorsus vtilitatem aut efficaciam habent. vnde.26.q.7.c.admoneant. dicitur. Admoneant fideles sacerdotes populos: vt nouerit magicas artes incātationesqꝫ quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedium conferre:nō animalibus languentibus: claudicantibus vel etiam morientibus quicquā mederi. Sꝫ hoc esse laqueos ꝛ insidias antiqui hostis: quibus ille perfidus genus humanum nitiť decipere. Et si quis clericus hoc exercuerit: degradeť:laycus anathematizeť. Hec Aug. imo q ɔ̄riuꝫ crederēt:sᵗ rebelles fidei xpiane

⁊ paganis peiores: vt habet. 26.q.5.c.epi.⁊.q. 7.c.non obseruetis. Qui aūt talibus credūt aut ad eoꝝ domum euntes aut suis domib⁹ introducunt vt interrogent: sciant se fidem xpianam ⁊ baptismū preuaricasse: ⁊ paganū ⁊ apostatam.i.retro abeuntem: ⁊ dei inimicū ⁊ iram dei grauiter in eternuꝫ incurrisse: nisi ab ecclesiastica emēdatus penitentia deo recō cilietur. hec ibi. Nam quātam habeāt efficaciam talia superstitiosa patet exemplis occurrentibus. Nā in diebus nostris contigit hoc in ciuitate patauiana. Matrona quedaꝫ nobilis ruri morā trahens febre quartana arrepta: suo impauit rustico in ciuitatem se cōferenti sibi debere portare vnum breue. Acceperat enim quēdam sacerdotem breuia in ciuitate facientem q̄s sanatiua: postmodū rusticus mandato dn̄e oblitus ciuitatem egrediens: in via vidit quādaꝫ cedulā. Sic breui memor effectus: cum dux ei videret iterum ciuitatem ingredi sacerdotēq̄ꝫ perquirere: cedulam illam e via suscipiens finxit hoc esse breue. Mulier aūt illa cum deuotione illud suscipiens statim a febre liberat: ⁊ alios sanabat operatione diabolica. Tandē cōpertum est in eo scriptum esse vulgariter per officiales. Passa zuane da parma cū sci caualli ⁊c. Nullo modo ergo his maledictionib⁹ fidem prebeamus sed patienter infirmitates sustineamus: vt xpi non diabali martyres merito mereamur haberi: q̄d pulchre Aug. ptractat in sermone de beatis martyrib⁹ Geruasio ⁊ Prothasio. di. Multi in lecto patiūtur martyriū. Est enim quedā psecutio Sathane occultior q̄ꝫ fuerit tunc. Jacet fidelis in lecto torquet doloribus: orat ⁊ nō exauditur. Sed pbatur ⁊ exercet: vt recipiat: filius flagellat. Ergo cū torquet doloribus venit lingere temptatio. Accedit ad lectum aut muliercula aliqua: aut vir si vir dicendus est: ⁊ dicit egroto. Fac istam ligaturam ⁊ sanus eris Adhibeat illa precantatio ⁊ sanus eris. Illū ⁊ illum interroga qui sic sani facti sunt. Nō credit non obtemperat: non cor inclinat: certat tn̄ ⁊ vires non hēt ⁊ diabolum vincit: fit martyr in lecto coronante illo qui pro oibus pependit i ligno. h̄ ille. ⁊ sic pꝫ scōm remediū. ¶ Quātum ad tertiū remediū q̄d dicit malignatio. sciendū est tantam esse demonuꝫ et superstitionū puersitatē vt merito ab oibus fugienda sit. Nam pter supstitiones hoies

illaqueant se: ⁊ seruituti demonū subdūt: qa laquei ⁊ insidie demonum sūt ad occidendū aias. Vñ. 26.q.2.c.q fine. dic̄ Aug. Qui sine saluatore salutē vult habē: ⁊ sine vera sapia estimat se prudentem fieri posse: non san⁹ sed eger: non prudens sed stult⁹: in egritudine assidua laborat: ⁊ in cecitate noxie: stultus ⁊ demens remanebit. Ac proinde ois inquisitio ⁊ omnis curatio que a diuinis vel magicis vel ab ipsis demonijs in idoloꝝ cura expetit mors est potius dicēda q̄ꝫ vita: ⁊ q ea sectāt si se non conuerterint ad eternā pditionē tendunt. di. ps. Omnes dij gen. demonia: qui p deceptos hoies aliquos decipere quottidie gestiūt vt pditōis sue faciāt alios eē pticipes h̄ ibi. Nā dicit tripl'r quis: ⁊ pbat seru⁹ diaboli maxime per hmōi artes. Primo eniꝫ sicut serui aut nascunt aut fiunt. ff. de sta. ho. per totum. ⁊ insti. da iure pso. §.j. vbi habetur sic. Serui aūt nascunt: aut fiunt: nascunt cum ex ancillis nostris. fiūt aūt iure gentiū.i. ex captiuitate: aut iure ciuili: cū hō liber maior. 20. annis ad precium participandū se se venundari passus est. hec ibi. Ita simil'r oēs hoies nascūtur serui diaboli per participationem a primis parentibus per pctm̄ venūdati descēdentes cum originali peccato de humana nā ancilla illius per peccatū. iuxta illud ps. Seruus tuus sum ego ⁊ fili⁹ ancille tue. fiūt vere iteꝝ oēs peccatores serui diaboli maxime incantatores: superstitiosi: ⁊ idolatrie: q2 voluntarie ei se subiecerūt. ¶ Scdō sic dn̄s terrenus pōt pmouere aliquē seruū suū esse: quia natus est de ancilla sua: vt pꝫ institu. de iur. gen. per totū. aut q2 passus se venundari sibi ad precium participandū: vt habet institu. de iur. psona. §.j. ⁊. ff. de lega. 3. l. j. Ita sil'r potest promouere diabolus omnes peccatores maxime supstitiosos: diuinos: ⁊ icantatores sibi esse seruos: quia de operibus suis. s. voluntate carnis ⁊ cupiditate mūdi nati sunt: ⁊ ei voluntarie sociati sunt per h̄ superstitiosa ⁊ vana. ¶ Tertio quia sicut seruus corpore nō eē potest alioꝝ iudex. C. de iudi. l. seruus. ita diabolus nunq̄ꝫ pmittit tales bene iudicare i cōfessione: sed quātum valet h̄ semper impedit vt de eis bene possit dici illō Hiere. 16. Seruietis dijs qui non dabūt vobis requiē. Et ideo omnes predicta considerantes abstineant ab his superstitionibus: ⁊ a tanta seruitute: per veram confessioneꝫ se liberare pcurēt

⁊ ſicut dñs volẽs ſeruum manumittere ter
virga ipſum percutere ſolet. di. Aio te liberũ
⁊ vocabaꝛ manumiſſio vindicta: vt dicit glo.
inſtitu. de libertinis. bo. dicta. §. nãlis vel mo
dis. ſic eſt de manumiſſione de manu dia-
boli: que fit cum tripliciti ictu virge. i. cum tri
bus penitentie ꝑtibus ꝑcutiendo ſeruũ: vt ſit
libero dño ſuo: ⁊ tunc liber tenetur reddere
debitum reuerẽtie: ⁊ honoꝛis: ⁊ gratitudinis
ſuo manumittẽti: quo ad plura. Pꝛio ꝙ ma
numiſſus nũq̃ꝫ ſit aduocat⁹ ꝯtra manumit.
ff. de dolo. l. non debet: ſic ⁊ nos nunq̃ꝫ pacta
aliqua vel amicitiã cum diabolo hr̃e debe-
mus: ſed ſemꝑ deo reuerentiã ⁊ honoꝛẽ ⁊ di
lectionem deferre debemus. Scd̃o in bello
manumiſſus teneꝛ manumiſſoꝛem iuuare ꝯ̃
hoſtem. ff. de ſena. conſul. ſilciano. l. ſi quis in
graui. ita ⁊ nos nõ ſolũ debemus ab hmõi
abſtinere: ſed ⁊ quãtũ eſt in nobis ad hoc de
bemus alios iducere. ¶ Tertio manumiſſus
non debet pꝛeferre vitam ſuã vite manumit.
adeo ꝙ ſi dñs habet in duello pugnare põt
ei pꝛecipere ꝙ ineat certamẽ. ff. de ſena. ꝯſul.
ſilciano. l. j. ita ⁊ nos debem⁹ reſiſtere diabo
lo in hmõi ⁊ in alijs potius moꝛtem ſuſtinẽ-
do: q̃ꝫ in his mentẽ implicantes diabolo pꝛe
bere conſenſum. Poſtremo manumiſſus te
netur manumitti. egenti pꝛeſtare alimenta ⁊
nudo veſtimenta: ⁊ alia obſequia charitatis.
ff. de agnoſcẽ. libe. l. necare. q̇d ſi non fecerit i
gratuſq̃ꝫ extiterit: rurſus in ſeruitutẽ redigiꝛ.
C. de ob. pa. pꝛeſtandis. l. ſi manumiſſoꝛis: ſic
⁊ nos debemus conſilia obſequia paupibus
tis dixit.Tristis est aīa mea vsqȝ ad mortē.
ideo homicidij culpa est grauissima: qꝛ ꝓxio
inferūt oīuȝ grauissimā molestiā.ℭScdo qꝛ
in periculo aīe ponit occisū. potest eni esse ꝙ
sit in peccato mortali:⁊ per homicidium eri-
pitur ei potestas ne possit q̄cq̄ȝ pro aīe salute
agere ⁊ ita moritᷣ corpore simul ⁊ aīa. Nam
actiones ⁊ passiones sunt cōiuncti. vnde nec
aīe sine corpore:nec corpꝰ sine aīa pōt aliqd
mereri:sicut nec ars sine ꝓprijs instrument(
nec instrumenta sine arte pn̄t exerceri.Ideo
post mortem tempus merendi non habetur
sed ſm merita premiari:siue premiū.siue sup
pliciū.Tanto ergo grauius estimatᷣ homici-
dium quāto maius ex ipso iminet aīe dispē-
dium:pōt esse ꝙ qn̄ occiditᷣ non sit imortali:
sed valde difficile est ꝙ in actu non moueatᷣ
rancore ⁊ odio ꝯtra homicidam: ⁊ sic fiat in
mortali.ℭTertio qꝛ non solum homicidaᷣ of
fendit occisum:sed multos scandalizatᷣ:⁊ ini-
micitias generat:cum tn̄ amicitia necessaria
sit ⁊ oībus desiderabilis:⁊ ideo tanto mag(
pec.homicida:quāto per homicidiū maior se
paratur amicitia:que tn̄ ſm phm.4.ethicoꝝ
oībus est necessaria.Nam per homicidium
scandalizanᷣ ꝓpinqui:⁊ affines tota ciuitas
⁊ regnum:⁊ tot sepe odia ⁊ inimicitie generā
tur:vt deueniatᷣ de malo ad peius ⁊ pessimū
vel saltem ad odiū quo aīe occidūtᷣ.ℭTertio

probatᷣ homicidiū esse grauissimum respectu
sui:qꝛ ꝓpter hoc peccatū dānificatᷣ plus quis
q̄ȝ ꝓpter q̄dlibet aliud.ℭ Primo spūaliter
qꝛ nullum peccatum ita horret: nā sicut illud
nūq̄ȝ videtᷣ homo letus post homicidium: et
vt plurimū ipenitētes moriunᷣ ⁊ desperati ī
manitate sceleris:q̄d expresse monstratᷣ ex-
presse mōstratᷣ in p̄mo homicida.s. Caim.di.
Gen̄.4.Maior est iniq̄tas.m. q̄ȝ vt veniaȝ
merear.Nā ꝓprie hoc peccatū est diabolicū
qꝛ de diabolo dictū est Jo.8. Ille homicida
erat a p̄ncipio.ℭScdo corporalr̄ qꝛ homici
de semꝑ sunt in timore ne ⁊ ipsi occidantur
ab his qui p̄uati sunt amico suo ꝑ eum: aut
ab officiali:aut a iusto dei iudicio: q Matth.
26.dicit.Qui gladio fe.gladio peribit:vt cla-
riꝰ dicitᷣ in tertia parte huius sermonis.Et
euenitᷣ frequenter homicide q̄d timet iuxta il
lud ꝓuerb.x.Qd timet impius veniet super
eum:desideriū suū iustis dabitᷣ.quasi tempe
stas transiens non erit impius.Justi aūt q̄si
fundamentū sempiternuȝ.hec ibi. ꝙ si aliqn̄
ex suꝑbia sua non timeant: tn̄ non effugient
iudiciū dei:sȝ sicut dicit apl̄us p̄me Thesal.
5.cum dixerit.s.impius homicida pax ⁊ secu
ritas:tunc repentinus suꝑueniet eis interitꝰ
sicut dolor in vtero h̄ntis ⁊ non effugiet.p̄s.
36. Vidi impium suꝑ exal.ℭTertio dānifi-
catur homicida tēporalr̄:qꝛ ex hoc sepe amit
tit oēm substantiam:⁊ relinq̄t inimicitias fi-
lijs ⁊ posteris:⁊ ꝑ multa dāna incurrit que
longum esset enarrare:⁊ sic rōnibus patet q̄ȝ
graue.ℭTertio hoc idē ꝓbatᷣ aucte triplici.s.
le.nature:scripture ⁊ grece.ℭ Primo aucte
legis nature.Est enim de le.nature q̄d dicitᷣ
Thob.4.q̄d ab alio oderis tibi fieri: vide ne
tu aliqn̄ alteri facias:Cū ergo homo horre-
at mortē sibi inferri:multū offendit legē nāe
alteri inferendo mortē.ℭ Scdo aucte legis
scripture in qua contra quelibet diuine leg(
transgressorem dicitᷣ.p̄s.118. Maledicti qui
declina.a mandatis tuis:quāto magis dicitᷣ
contra homicidam.ℭTertio aucte le.gratie
in qua singulariter datᷣ preceptū de dilectiōe
proximi.Jo.15.Hoc est preceptū meū vt dil.
inuicē sicut dil.vos.⁊ Ro.13.ait apl̄us. Ple
nitudo le.est dilectio:que diuiditᷣ in amorem
dei ⁊ ꝓximi.Matth.22.⁊ Luc.x. sed i homi-
cidio maxime offenditᷣ charitas tam dei q̄ȝ
proxi: vt supra ꝓbatᷣ:ergo patet ꝓpositum.
Nā peccatū tāto est grauius quāto disceditᷣ

magis a charitate:p argumentū eoꝝ que di
cunt' p̄me Corin.13.ideo homicidiū est sūme
graue cū in eo sūme offendat' charitas : ꝛ sic
patet q̄ꝫ graue.¶ Tertio idē ꝓbatur exēplo
triplici.s.naturali:scripto:ꝛ gratuito.¶Primo
exēplo naturali: q2 naturaliter hō creat⁹ est
aial māsuetū:ꝛ ideo nō sunt ei facta cornua
ad feriendū:nec dentes eminētiores ad mor
dendū:nec alia similia:sed oia eius membra
indicant mansuetudinē: sicut igit' omne aial
diligit sibi simile Eccle.13.ꝛ iō nec illud inter
ficit iō horridū est ꝛ ꝯtra naturā hoiem occi
dere.Non eni insurgit vrsus ꝯtra vrsū : nec
leo ꝯtra leonē: nec lupus ꝯtra lupū.ꝛ q̄ꝫuis
canis aliquādo insurgit ꝯtra canē: nō est tñ
auditū q̄ canis interfecerit canē.¶ Scd̄o exē
plo scripto Gen̄.4.Dictū fuit chaim ad ostē
dendū peccati imanitatē.Maledict⁹ eris su
per terrā q̄ aperuit os suū ꝛ suscepit sangui
nē fratris.t.de manu.t.cum operatus fueris
eā non dabit tibi fructus suos. Vagus ꝛ ꝓ
fugus eris super terrā oibus dieb⁹ vite tue:ꝛ
ideo desperat⁹ ex multiplici nequitia :post il
lud maior est iniquitas mea ꝛc̄.addidit: Ecce
eiicis me hodie a facie tua:ois q̄ viderit me
occidet.s.homo vel bestia : ꝛ propter sceleris
grauitatē etiā grauiter punit⁹ est:cū dr̄: Po
suit dn̄s signū in chaim.s.tremorē horribilē
omniū membroꝝ:ꝛ postea occisus fuit a La
mech venāte.¶Tertio exēplo gratuito:q2 si
cut lex gratie est lex charitatis ꝛ amicitie: in
qua propter amicitiā gratuitā filius dei in
carnatus est:ita etiam amicitia nullo modo
gratuita lege est dissoluenda : sꝫ nulla maior
amicitia reperit' q̄ꝫ ea que est inter spm̄ ꝛ car
nē.i.corpus ꝛ aiam que viuente hoie regnat
que si possent etiā cū in tribulationib⁹ sunt :
nullo pacto separari vellent:tāto ergo homi
cidiū aggrauatur:quāto p ipsuꝫ maior ami
citia soluitur:imo debet amplius aggrauari
quāto natura hois que maior est omnib⁹ in
ferioribus agnoscit' vilipendi. Nā lapis qdā
fuit oblatus Alexandro viuenti:qui tersus ꝛ
mundus plus omnibus ponderabat : sed si
quid modici pulueris sup eum positum esset
vilior omnib⁹ apparebat:ex quo sibi fuit da
tum intelligi: q̄ lapis ille ipsūmet significa
bat:qui licꝫ in vita cunctis altior in omnib⁹
appareret:tñ mors eū viliorē efficeret. Et sic
patet homicidiū esse grauissimū:ꝛ detestādū

¶ Pars scd̄a huius sermonis in qua decla
ratur q̄ homicidiuꝫ grauiter punitur:ꝛ pro
pterea detestandum.

SEcundo in hoc sermone ꝯsiderādū
est q̄ꝫ grauiter homicidiū puniatur :
ꝛ ob h̄ detestandū:non min⁹ ꝛ abho
minandū:punit' enim triplici pena.s. Huma
nali.Canonicali.ꝛ Diuinali.¶ Primo hu
manali.i.legis humane :siue ciuilis. In ipsa
eni lege que habet gladiū materialē punitur
homicida pena capitis: sꝫ patricide grauius
puniunt':ut.s.verberetur crudeliter:ꝛ in mare
vel fluuiū proiiciat': vl' bestijs tradātur.C.eo.
l.pma.ꝛ.ff.ad le.cor.de sicca.l.3.§.legis corne
lie.et ideo.C.de epi.au.l.nemo.scribitur.Ho
micida:ꝛ patricida qd̄ fecit semp spectet:imo
non tm̄ occisor tenet': sꝫ qui occidere voluit ꝛ
licꝫ non occiderit punit' ac si occidisset : si tñ
peruenit ad actum occidēdi licꝫ non ꝯsuma
uerit. Vn̄.C.ad le.cor.de sicca.l.is qui cū te
lo.scriptū est: Is qui cum telo ambulauerit
hois necandi cā:sicut is qui hoiem occiderit
legis cornelie de siccarijs pena coercet': q̄ lex
canonicata ē d̄ pe.di.i.c.is q cū telo.¶ Scd̄o
punit' homicidiū le.canōcali que nō vtit' gla
dio materiali:sꝫ spūali.Ideo punit oēm ho
micidā ꝛ mutilantē:nisi in cā sue defensiōis
moderata:etiā vbi nō sit pctm̄ propter erro
rē facti.extra ne cle.vel mo.c.sentētiam. Qd̄
autē dicit Tho.2.2.q.64.ob sui defensioneꝫ
homicidiū cōmissuꝫ inducere irregularitatē
tpe suo erat in opinione aliquoꝝ doctoꝝ : sꝫ
postea emanauit Cle.declarās nō inducere
irregularitatē .de homicidio.c.i.ꝛ sic hodie te
net'. Item homicidiū vel mutilatio vel enor
mis percutio facta clerico etiā in minoribus
ordinibus ꝯstituto:inducit excoicationē: cui⁹
absolutio sedi apostolice reseruat'. Vn̄.17.q.
4.c.qui occiderit.scribit': Qui occiderit mo
nachū aut clericum arma relinquat:ꝛ deo in
monasterio seruiat cunctis diebus vite sue :
nunq̄ꝫ ad seculum reuersurus:ꝛ septē annis
publicā pniam agat.qd̄ ꝛ patet.22.q.i.c. p̄di
candū : q̄ꝫuis hodie pnia sit arbitraria. Est
tamen aduertendū q̄ homicida non potest
absolui a minori q̄ꝫ sit epus:ꝛ ex ꝯsuetudine
aliquando mittitur ad papā.ꝛ merito preser
tim cū aliquid enorme cōmittitur: cum sola
mēbroꝝ truncatio reseruetur episcopis : nec
debet fieri absolutio nisi satisfactione pmis
sa.23.q.8.c.si quis. Insuper est sciendū q̄ ma

ioꝛ penitentia iniungitur ꝓ quibuſdā homi-
cidijs grauioꝛibus. Nam ſm Hoſti. de his
qui fi. oc. in glo. c. j. et. 3. quando parentes ſpō
te occidunt filios vel opprimunt: maioꝛ eſt
eis penitentia q̄ꝫ pro cōmuni homicidio in-
iungenda. Si autē caſu ⁊ graui culpa ꝯtige-
rit tale homicidiū: tunc ſm Hoſti. ⁊ glo. pe-
nitentia q̄nqꝫ vel ſeptē annoꝝ eſt imponen
da. argu. diſ. 50. ca. ſi quis. de pe. ⁊ re. ca. que-
ſitum. Si autē leuis culpa preceſſerit: tūc pe
nitentia triū annoꝝ eſt iniungenda. de his q
fi. oc. ca. de infantibus. Si autēꝫ nulla culpa
preceſſerit: de iure non ſunt puniendi: tamen
ꝓpter ambiguū duplicitatis ad cautelaꝫ ali-
qua penitentia eſt iniungenda. ar. 23. q. 5. ca.
excōmunicatoꝝ. Et in his omnibus ſi culpa
eſt occulta: iniungenda eſt penitētia occulta:
ſi manifeſta ⁊ penitentia debet eſſe manife-
ſta. Imponitur etiā grauioꝛ penitentia patri
cide ſiue matricide: ut habetur. 33. q. 2. ca. lato
rem. Et adhuc maioꝛ vxoꝛicide. ut habeť ibi-
dem. ca. admonere. eſt tamē ⁊ ipſa arbitraria
in foro penitentie: preſertim ſi res eſt occulta
Ratio autē quare maioꝛ penitentia imponi
tur vxoꝛicide q̄ꝫ patricide eſt quia maioꝛ eſt
prauitas ad vxoꝛicidiū q̄ꝫ patricidium: non
quia grauius ſit pctm̄: ⁊ h̄ factum eſt ad re-
trahendū illam prauitatē. ¶ Tertio punitur
homicidiū pena diuinali: h̄ eſt iudicio dei in
hoc ſeculo ⁊ in alio. Primo in preſenti ſubi
ta mortis preuentione. Nam ſunt quattuoꝛ
que clamant in ꝯſpectu dei: que oīa dicunt
homicidiū. Primū quoꝝ ē homicidiū aper
tum: ut patet Geñ. 4. quando dicit domin⁹
ad chaim: Vox ſanguinis fratris tui clamat
ad me de terra: que vox fuit a deo exaudita
in punitione ipſius chaim. Scōm eſt vitium
ſodomiticū Geñ. 19. Clamoꝛ ſodomoꝝ ⁊ go
moꝛꝛeoꝝ multiplicat⁹ eſt: ⁊ pctm̄ eoꝝ aggra-
uatū eſt nimis. Tertiū eſt oppreſſio inocētū.
vñ Exo. 2. dr̃ de filijs iſrl̄ ab egyptijs iniuſte
oppreſſis. Aſcendit clamoꝛ eoꝝ ad dñm ab
operibus ſuis: ⁊ audiuit gemitus eoꝝ. Quar
tū eſt mercēnarij defraudatio. Vñ Jaco. 5.
Ecce merces mercēnarioꝝ veſtroꝝ que frau
data eſt a vobis clamat: ⁊ clamoꝛ eoꝝ in au-
ribus dñi ſabaoth introiuit: ⁊ eſt rō quia in
his cōmittiť quaſi homicidiū. Nam in pctō
ꝯtra naturā effunditť illud qḋ potuit eſſe ma
teria coꝛpoꝛis humani: ideo eſt quaſi homici
diū. In defraudatione mercēnarioꝝ ſubtra-
hitur pauperib⁹ vnde viuant: ideo a deo q̄ſi
homicidiū reputať Eccle. 34. Qui offert ſa-
crificiuꝫ ex ſubſtantia paupeꝝ q̄ſi q victimat
filiū in ꝯſpectu patris ſui: panis egentiuꝫ vi-
ta pauperis eſt: qui defraudat illū homo ſan
guis eſt: qui aufert in ſudoꝛe panē quaſi q oc
cidit proximū ſuū. Qui effundit ſanguineꝫ: ⁊
q fraudeꝫ facit mercēnario frēs ſunt. hec ibi.
Ecce q̄ꝫ dānoſū eſt homicidiū. Scđo puniť
homicidiū grauiter in alio ſeclo. Nā Math.
25. dr̃: Ite maledicti in ignē eternū. ⁊c̃. Si h̄
de proximo nō ſubuenientib⁹ in neceſſitate:
quid illis qui non tm̄ non ſubueniūt ꝓximo
ſꝫ etiā illum occidunt nolentes reddere qḋ te
nenť: ⁊ quādoqꝫ etiā grauiſſimo dāno mul-
toꝝ. Et ſi iudiciuꝫ ſine miſericoꝛdia fiet illi q
non fecit miſericoꝛdiā Jaco. 2. quid illi qui fa
cit ꝯtra oēm miſericoꝛdiā: ⁊ operať oēm cru
delitatē. Et ſic patet q̄ꝫ grauiter punitur ho-
micidiū: patetqꝫ ſecunda pars.

¶ Pars tertia huius ſermonis in qua de-
claratur ad quantam ſatiſfactionem ꝓhomi-
cide obligentur.

Tertio in hoc ſermone q̄ꝫ deteſtandū
ſit homicidiū ꝓbatur etiā ex magna
ſatiſfactione quā homicide tenētur
facere: ⁊ coꝛpoꝛaliter ⁊ tēpoꝛaliter. Ad cuius
rei declarationē eſt ſciendū: ꝙ aliter tenētur
ſatiſfacere vulnerantes: aliter mutilantes:
aliter penitus occidētes. ¶ Primo enī vul-
nerantes ſm Ricar. ⁊ Sco. in. 4. di. 15. licet
non valeat reſtituere membꝛū in tali ꝯditio
ne ſicut ante: ad tria tamē remanet obligat⁹
Primo ad expenſas que circa medicū ⁊ vul
neris ſanitatē expendunť. Vñ de iniu. ⁊ dā.
dato. ſi rixati. ⁊ ſumiť ab Exo. 21. Si rixati fu
erint hoīes: ⁊ ꝑcuſſerit alter ꝓximū ſuum: ⁊
ille moꝛtuus non fuerit: ſed iacuerit in lecto:
qui ꝑcuſſerit operas ei⁹. ſ. amiſſas ſm glo. et
expenſas in medico reſtituat. Scđo teneť ad
illa q̄ vulnerat⁹ talis leſionis occaſione ami-
ſit: puta ſi hō dedit⁹ erat alicui laboꝛioſo coꝛ-
poꝛali: vñ veriſimiliter credi pōt ꝙ inde lu-
cratus fuiſſet: ad talē ſatiſfactionē obligat⁹ eſt
ſicut in preallegato. ca. glo. dicit. Tertio teneť
ad ſatiſfactionē ⁊ placationē illius de iniu-
ſticia data. Cum honoꝛ vero inter exterioꝛa
bona ſit maximū bonū: non videť ꝙ inferri
poſſit alicui iniuria grauis per quā deijcitur
multū q̄n illi obligeť ad talis honoꝛis reſtitu
tioneꝫ: certū eſt enī qḋ talia alicui inferre eſt

notabiliter illi iniuriari:s3 ꝫm Tho.2.2.q.62.
ar.6.q percutit aliquē tenet̃ recōpēsare passo
iniuriā:q̄uis nihil remaneat apud ipsum: ꝛ
huiusmōi ad arbitriū boni viri. ¶ Scđo ve-
ro mutilans:puta quia proximo abscidit ma
nū aut pedē:aut hoīem occecauit:pro tali eni
ꝫm Sco in.4.di.15.q.2.coiter nisi in ecclesia
restitutio pecuniaria sit statuta.ad.5.mutilās
tenetur ꝫm eum. Primo ad expensas appo
sitas in curatione illius ut dictum est. Scđo
ad satisfactionē impediti lucri pro toto futu
ro tempore quo vsus fuisset illo mēbro ab-
sciso. Tertio ad satisfactionē afflictionis illi⁹
membri mutilati:cū perpetuo vita sit sibi do
lori ꝛ tristicie:viuere sine oculis vel manib⁹.
ꝛc.ideo ad aliqua sup impendēda tenetur:ex
quib⁹ possit onera ꝛ tristicias quas ex tali le
sione incurrit ꝯsolabilius ac leuius ferre. Ex
vno tamen respectu plus ponderāda est mu
tilatio pauperis q̄ȝ diuitis:si eget parte absci
sa ad necessaria vict⁹ acquirenda. Ex alio re
spectu plus est in diuite estimāda.s.dignitas
ipsius:s3 nihilomin⁹ parū est quo ad primuȝ
respectū. Quarto tenet̃ truncatoꝛ alere trun
catū si indiget. Quinto obligat̃ ad satisfactio
nē sanguinis ipsius mutilati:puta si ille cui ē
ablata manus se ꝛ suos alebat:qꝺ nunc iple
re non pōt: talis dānū inferens ad equalia
obligatur ꝫm boni viri iudiciū. ¶ Tertio ꝫm
Sco.in.4.di.15.occidens ad tria manet obli
gatus. Primo eni expedit ei ꝙ exponat vi-
tā in causa iusta:puta ꝯtra inimicos ecclesie
vel alios infideles:ꝛ huiusmōi:ordināꝺo la-
bores ꝛ periculū ꝓ satisfactione illi⁹ quē ipse
occidit:ut cui non potest in corporalib⁹ satis-
faciat in spūalibus bonis: qui si nec satisfacti
onē vel restitutionē facere velit: non pōt oio
a restitutione esse imunis:ꝯtra quosdam fa-
tuos ꝯfessores absoluētes leuiter homicidas
non explicando eis necessarias restitutōes ꝛ
obligationes: ꝛ ut ita dixerim leuius trāsire
permittentes q̄ȝ si occidisset eius bouē: nā si
proximi canē vel bouē occidisset non absol-
ueretur absq3 restitutiōe:ꝛ de homicidio nō
curatur. Quātū aūt homicidiū detestetur a
deo:patet in Dauid manifeste quē prohibu-
it sibi templū extruere: quia sanguis fusoꝛ l3
iuste fuisset. Si igitur occisoꝛ iustus non acce
ptatur ad cultū dei: iniustus occisoꝛ vbi pare
bit: hui⁹ sentētie est Sco. Scđo ꝫm Geral.
odoē3 obligatur:si predicti casus nō occurre
rent homicida totā vitam suā in oratione et
penitentia ordinare ad illius vtilitatē quem
occidit. Tertio ꝫm Geral.ꝛ Sco.si interfe-
ctus sustentabat aliquos.s.patrē:matrem et
alios sibi propinquos vel pauperes: obligat̃
talis interfectoꝛ omnib⁹ illis ad tantā restitu
tionē quantā abstulit illis per morte3 illius.
Hoꝝ omniū ratio est quia damnū est passo
restituendū ꝛ satisfaciendū. Ex his elici pōt
ꝙ siquis reipublice necessari⁹:si ex huiusmōi
morte dānū est passa:occisoꝛ ad ꝯdigna3 sa-
tisfactionē tenetur. Seruus etiā dn̄o suo oc
cisus debet sibi restitui per alteri⁹ serui equi-
ualentis dationē vel emptionē:aut preciū cō
petens emptioni. In omnib⁹ igitur istis in
quib⁹ dānū neq3 in se neq3 in equiualenti re
stitui potest per recompensationem facien-
dā arbitrio boni viri restitui debet ꝫm Ric.
Tho.ꝛ Guil.ergo attēdat quisq3 que ꝛ q̄ȝta
incurrit ex homicidio dāna temporalia: cor-
poralia: spiritualia.ꝛc.

¶ Dn̄ica quarta infra diē in q̄dragesima de
reprobatiōe mechie ꝛ fornicationis:per illud
verbū non mechaberis. Sermo.47.



Multi filii de-
serte magis q̄ȝ ei⁹ que habet
virū.ad Gal.4. Viso capi
tulo de scđo ꝓcepto scđe ta-
bule qꝺ in ꝑsona ꝓpria ꝓhi
mi ꝓhibet lesionē.s.nō occides:ꝯueniēter ꝺ
tertio qꝺ ꝓhibet nocumentū in ꝑsona ꝯiun
cta tractanduȝ est.s.non mechaberis: qꝺ ꝫm
aurelium Augu.implicite ꝓhibet oēm illicitū
ꝯcubitū siue vsum mēbroꝝ illoꝝ:imo etiam
ꝓhibet oēm illicitā ꝯcupiscentiā: ut videbit̃:
ꝛ oēm carnis imundiciā. Bene ergo dic̄ nō
mechaberis.i.ꝫm glo.nulli alij excepto ma-
trimoniali federe te cōmisce:ꝯtra qꝺ his tē-
porib⁹ inumerabiles faciūt.ut vere cū Pau
lo dici possit:Multi filij deserte.i.ꝯcubine q̄ȝ
ei⁹ que habet virū.s.legittimū. De h̄ precepto
iuxta morē tria in presenti vidēda occurrūt.
¶ Primū hui⁹ mādati ꝓbatio ꝛ fornicatio
nis reprobatio. ¶ Scđm generalis relaxatio
ꝛ matrimonij remediatio. ¶ Tertiū singula
ris obseruatio ꝛ corporalis remediatio.
¶ Pars ꝑma hui⁹ sermonis in q̄ ꝓbat̃ lu-
xuriā hoc ꝓcepto iuste esse reprobatā.

Unde Augu. dicit in li. de. x. cor. Dñs q gu-
bernat seruos suos ad vtilitatē illoꝝ nō suā:
h precipit ne per illicitas voluptates corruat
templū eius: qđ esse cepisti. h ille. Septimo ⁊
vltimo ꝓbatur rōne remediationis sic: Re-
mediū adhibitū periculo est seruandū in for
ma: ut periculū euitetur: sed ꝓ euitādo peri-
culo fornicationis est scđo matrimoniū re-
formatū. vñ aplus ṗme Corinth. 7. ait: Pro
pter fornicationē. s. euitandā vnusquisqꝫ vxo
rē suā habeat: ⁊ vnaqueqꝫ suum virū ⁊c. vbi
nota ꝙ dicit vxorē ⁊ virū: ergo excludit cōcu
pitū: ex quo patet ꝙ oēs fornicatores morta
liter peccāt ⁊ incurrūt penā eternā. Qđ si ꝯ
dicat sic: Omne pctm̄ mortale ducit ad ꝑdi-
tionem eternā: sed fornicatio nō perducit ad
eternā. vñ Ambro. suꝑ illud ṗme ad Thi. 4.
Pietas ad oia vtil. ⁊c. sic ait: Omnis sūma
xpiane discipline in misericordia ⁊ pietate ē:
quā aliquis sequens si lubricuꝫ carnis patit
sine dubio vapulabit sed nō peribit: ergo for
nicatio nō est pctm̄ mortale. Ad h respondet
ꝙ per opera pietatis ille qui lubricū carnis
patit liberat a perditione eterna inqꝫtuꝫ per
huiusmodi opera satis facit de lubrico cōmis
so: nō aūt ita ꝙ si in lubrico carnis perseue-
ret impenitēs vsqꝫ ad mortē ꝑ pietatis oꝑa
liberetur. de pe. di. 5. falsas. Et sic patet luxu-
riā rōnibus reprobari.

¶ Pars secūda huius sermonis in q̄ ꝓbat
luxuriā esse reprobatā multiplici auctoritate.

Secundo in hoc sermone idē ꝓbatur
auctoritatis via: auctoritate. s. septipli
ce. s. Auctoritate Mosayca: Pro-
phetica: Euāgelica: Apostolica: Auctentica:
Canonica: Poltica. ¶ Primo dico luxu-
riā esse reprobatam auctoritate mosayca sic
discurrēdo: nō mechaberis Exo. 20. Deutro. 5
trāsūptiue Math. 5. Et. 32. q. 5. c. nō mecha.
Uir de quo egredietur semē coitꝰ lauabit aq̄. i.
pnia: oē corpꝰ suū ⁊ mū. erit. Leuit. 15. Si qs
mechatꝰ fuerit cū vxore alterꝰ morte mo. Le
uit. 20. Morietur qm̄ fecit nefas in isrl: ut for-
nicaretur in do. p. su. Deutro. 22. Non erit me
retrix de filiabus isrl: neqꝫ scortator de filijs
isrl. Deutro. 23. Et sic patet auctoritate mo-
sayca luxuriam esse reprobatā. ¶ Scđo au-
ctoritate prophetica sic: Attēde tibi fili mi ab
oi fornicatōe: ⁊ preter vxorē tuā nunqꝫ patia
ris crimen scire. Thob. 4. Eos q ita ꝯnu. sus
cipiunt ut sue libidini vacent: sicut equus et
mulus: habet super eos demon potestatem
qꝫto magis in fornicatoribꝰ Thob. 6. Ignis
est vsqꝫ ad ꝑditionē deuorans: oia eradicās
germina Job. 31. Fortitudo eiꝰ in lūbis eiꝰ: ⁊
virtꝰ illiꝰ in vmbilico vētris eiꝰ Job. 40. Inst
xus suꝫ li. i. ꝓfun. s. luxurie Psal. 68. Incēde
rūt igne. s. luxurie psal. 73. Juuenes. e. cōedit
ignis. s. luxurie psal. 77. Nūc g fili audi me:
⁊ nō recedas a verbis oris mei: lōge fac ab
ea viā tuā. s. a muliere luxuriosa: ⁊ ne appropi
ques foribꝰ eiꝰ Prouer. 5. Ne des mulieri
ptātē aie tue: ne ingrediat in virtutē tuam ⁊
ꝯfundaris Eccle. 9. Ne des fornicarijs aiaꝫ
tuā in vllo: ne perdas te ⁊ aiaꝫ tuā Ibidem.
Malitia vniꝰ hore obliuionem facit luxurie
Eccle. xj. Qui se iūgit fornicarijs: erit nequā:
putredo ⁊ vermes hereditabūt illū Eccle. 19.
Breuis ois malitia super malitiā mulieris.
Et infra. Ne respicias in mulieris speciem:
⁊ non ꝯcupiscas mulierē in specie: mulieris
ira ⁊ irreuerentia ⁊ ꝯfusio magna est Eccle.
25. Ne respicias mulierem alieni viri: ⁊ ne
scorteris ancillā eiꝰ: ⁊ ne steteris ad li. Eccle.
21. In medio mulierū noli cōmorari: de ve-
stimētis eius ꝓcedit tinea: ⁊ de muliere ini-
quitas viri Eccle. 42. Saturaui eos: ⁊ me-
chati sūt: ⁊ in domo meretricis luxuriabant
Hiere. 5. Abhoiabilē fecisti decorē tuū. s. per
luxuriā Ezechiel. 16. Habens fiduciā in pul
chritudine tua fornicata es. ibidem. Auferat
fornicationes suas a facie sua de medio vbe
rū suoꝝ Osee. 2. Fornicatio vinuꝫ ⁊ ebrietas
auferunt cor Osee. 4. Spūs fornicatiōis in
medio eoꝝ: ⁊ dñm nō cognouerunt Osee. 5.
Disperdā tenentē sceptrū in domo volupta
tis ⁊ luxurie Amos ṗ. Filiꝰ ⁊ pater eius iue-
runt ad puellā: ut violarēt nomen sanctum.
Macha. ṗmi. 2. Ut qui lassiui estis in stratis
vestris Amos. 6. Ue ciuitas sanguinū vni-
uersa mendacij dilaceratiōe plena. Et infra
Corruerūt in cordibus suis propter multitu
dinē fornicationū meretricis speciose ⁊ grate
⁊ habētis maleficia q̄ vēdidi gētes i fornica
tionibꝰ suis: ecce ego ad te dicit dñs deus ex
ercituū: ⁊ reuelabo pudē. t. in fa. t. ⁊ ostēdā in
gentibꝰ nuditatē. t. ⁊ reges ignominiā tuam.
Naū. 4. Et sic patet auctoritate ꝓphetica lu
xuriā reprobari. ¶ Tertio auctoritate euange
lica sic discurrēdo. Non licꝫ tibi habere vxo
rē fratris tui di. Joānes Herodi Math. 14
Dissipauit substantiā suam vi. luxu. Luc. 15.

Omnis q dimittit vxorem suā ⁊ ducit aliaꝫ mechatur Luc.16. Ab intus enī de corde hominū cogitationes male procedunt: adulteria: fornicatōes: homicidia ⁊c. omnia hec coingnant hoiem Mar.7. Dicit ei iesus bene dixisti quia non habeo virū: qnqꝫ enī viros habuisti ⁊ hunc quē habes non est tuus vir. Joā.4 ¶ Quarto auctoritate apostolica sic: Neqꝫ fornicarij: neqꝫ moles: nec masculorū concubinares regnū dei possidebunt. Et infra: Tollens ergo membra xp̄i faciem membra meretricis p̄me Corinth.6. Fugite oēm fornicatōnē: oē enī peccatū qd̄cūqꝫ fecerit hō extra corpꝰ est: qui aūt fornicat̄ in corpꝰ suuꝫ peccat Ibidē. Tradidit eos in reprobū sensū ut faciant ea q̄ nō ꝯueniūt: repletos oi iniqtate: malicia: fornicatōe: auaricia ⁊c. Et infra Qm̄ q talia agūt digni sunt mor. non solū q faciūt: sed etiā q cōsentiūt faciētibꝰ Ro.p̄mo Fornicatio ⁊ ois imūdicia nec noietur in vobis: sicut decet scōs Ephe.5. Hoc scitote intelligētes ꝙ ois fornicator aut auarꝰ aut imūdus: nō habet hereditatē in regno xp̄i ⁊ dei Ibidē. Manifesta sunt opa car. q̄ sunt fornicatō: iudie: imūdicie: impudicitie: luxuria ⁊c. quoniā qui talia agunt regnū dei non possidebūt: nō aliter cōsequent̄ Gal.5. Mortificate membra vestra q̄ sunt super ter. fornicationē: imundiciā: libidinem: concupiscentiaꝫ malitiā ⁊ auariciā: que est idolorūꝫ seruitus: propter que venit ira dei in filios diffidētie. ad Col.3. Fornicatores ⁊ adulteros iudicabit deus Hebre. vltimo. Epulati estis super ter. ⁊ in luxurijs vestris enutristis corda vestra Jaco.5. Octauū Noe iusticie preconeꝫ custodiuit diluuiū mundo impioꝝ inducens ⁊ ciuitates sodomoꝝ ⁊ gomorreoꝝ in cinerē redigens euersione damnauit: exemplū eoꝝ qui impie attriti sunt ponens ⁊ iustuꝫ Loth oppressuꝫ a nefandoꝝ iniusta ac luxuriosa cōuersatione eripuit. scd̄e Pe.2. Nouit dominus pios de tentatione eripere: impios vero in die iudicij cruciandos reseruare: magis autem eos qui post carnē in concupiscentia imundicie ambulant Ibidem. Dedit illi tēpus ut penitentiā ageret: ⁊ non vult penitere a fornicatione sua: ecce mitto eam in lectum ⁊ qui mechantur cū ea: in tribulatōne maxima erunt: nisi penitentiā egerint ab operibꝰ suis: ⁊ filios eiꝰ interficiā in mortē Apoca.2. Veni ostendā tibi damnationē meretricis magne: que sedit super aquas multas: cum qua fornicati sunt reges terre Apoca.17. Et sic patet ⁊c. ¶ Quinto auctoritate auctētica. i. sanctoꝝ sic. Primo beati Augu. in libro de cōflic. vitioꝝ.23. dicit: Quomodo in voluptate tua te non dilatas: modo cuꝫ qd te sequat̄ ignoras: acceptuꝫ tempus in desiderijs perdere non debes: quia q̄ꝫ citius pertranseat s ignoras. Si enim deus misceri hoies nollet in voluptate: castos in ipso humani generis exordio masculū ⁊ feminā non fecisset. Castitas illibata rn̄dit nolo ignorare te fingas: qr post hanc vitā sine fine recipias. Si enī pie ⁊ caste vixeris sine fine gaudebis: si vero impiꝰ ⁊ luxuriosus fueris eternis incendijs subiacebis. Inde enī magis castꝰ viuere debes: vn̄ q̄ꝫ citius tēpus acceptū pertranseat ignorare te dicis. Qd̄qꝫ i exordio generis humani masculum ⁊ feminā ad hoc deum creasse profiteris: ut mutuis se amplexibus miscere deberet: oino verissime dicis: sed quia nubendi quibusdā licentia cōceditur: hoc est q virginitatē ⁊ castimoniā vidualem nequāq̄ꝫ professi sunt: quibusdā autē non tribuitur: sed interdicitur. hoc est qui virgines ⁊ continentes esse decreuerunt: fornicatio vero qr nullis impune conceditur: non attendis. An cōtēnēdū putas quod apostolus lubricis dicit: fugite fornicationē fratres: quodcūqꝫ enī homo peccatū facit extra corpus est: qui autem fornicatur in corpus suū peccat. Qd̄ si parui pendendum existimas: audi quod postea in sempiternū plores ⁊ gemas: neqꝫ enim adulteri: neqꝫ fornicarij: neqꝫ corruptores: neqꝫ masculoꝝ concubinares: neqꝫ molles regnū dei possidebunt. O q̄ꝫ parua est concubitus hora: qua perditur vita futura. Qd̄ aūt emolumentū affert corpori: quodue tribuit lucrū que tam cito perducit ad baratrū. hec ille. Et in libro de sermone dei in modo. idē sic inquit: Qui vi. m. ad concu. e. i. hoc fine: hocqꝫ animo attenderitur eam concupiscat: quod iam non est delectationi carnis: sed plane cōsentire libidini: ita ut non refrenet̄ illicitꝰ appetitus: sed si facultas fuerit satietur: hic mechatus est. Sicut enī de carbonibus scintille dissiliunt: de ferro rubigo nutritur: morbos aspides sibilāt: ita mulier diffundit ꝯcupiscētie pestilentiaꝫ: nunc in risum dissoluit̄: nunc blanditias exhibet: ⁊ qd̄ venenosiꝰ est super cūcta psallere delectat̄ aut canere: cuiꝰ cantu

tollerabili⁹est audire basiliscū sibillātē. Memento Thamar q̄ a fratre suo Amō corrupta est: vbi enim vni⁹ tabernaculi ꝯuersatio: carnis nō facile tollit̄ delectatio. hec ille. Scḋo auctoritate Ambro. sup Luc. di. Qui ḡ non causa pcreande sobolis: sed explēde sibi inuicem libidinis copulantur: nō tam coniuges q̄ȝ fornicarij videntur. Et in libro de Abel ⁊ chaim dicit: Libido velut festuca cito accēditur. prope consumitur. Seceuus criminū stimulus libido est: que nunquā heabre queratur: patitur affectu: nocte feruet: die anhelat. Sanson validus et fortis leonem suffocat: sed amorem suū suffocare non valuit: vincula soluit hostium: sed suarū non soluit nexus cupiditatū messes incēdit alienas: sed vnius impie mulieris accensus igniculo: messeȝ sue virtutis amisit: ianua diaboli: via iniquitatis: scorpionis percussio: nociuūq̄ genus est femina. Cum proximat stipula ignem accendit: flāmigero igne percutit conscientiam pariter habitantis: extrahit fundamenta montiū. Si femine cum viris habitent viscariuȝ non deerit diaboli. hec ille. Tertio auctoritate Gregorij libro. 21. mora. sic di. Quelibet alia fuerint bona opera: si luxurie scelus nō aboletur: imensitate huius criminis obruūtur: maulm luxurie: aut cogitatione perpetrat̄: aut opere. Calidus enim aduersa. i⁹ noster cum ab effectu operis expellitur: secreta cogitatione polluere nititur. Ex quo autem semel luxuria mentem occupauerit: vix etiaȝ bona desideria cogitare permittit. Idem. 32. libro mo. dicit: Diaboli proprie corpus sunt: qui decepti a suggestionibus eius delectationibus: consentiunt carnalibus. Hec ille. ¶ Quarto auctoritate diui senioris Hieronymi qui in epistola ad matrem ⁊ filiam dicit: Inter has ⁊ tantas illecebras voluptatū ferreas etiam mentes libido domat. Et ad Damasce. papam de filio prodigo ait: Luxuria inimica deo: inimica virtutibus: perdit omnē patris substantiam: ⁊ ad presens voluptatem deliniens futuram non sinit cogitare paupertatem. hec ille. Et sic auctoritate auctentica patet luxuriaȝ reprobari. ¶ Sexto idem probatur auctoritate canonica sic discurrendo. Nam. 27. q. i. ca. nubendi. dicitur: Fornicatio nulli impune conceditur. Et 32. q. 7. ca. non solum. habetur: Inter cetera septem vitia fornicatio maximuȝ scelus est: q̄ꝛ p carnis imūdiciā tēplū dei violat. Iteȝ. 32. q. 4. ca. in eo fornicator. dr̄: Hoc vnū scio q̄ q̄ post fidem xp̄i fornicat̄: violat tēplū dei: sed opus carnis imundicia nūcupat̄. hec ibi. Et ibideȝ. ca. sicut dr̄. Sicut sancti⁹ est fame mori q̄ȝ idolorum vesci: ita sancti⁹ est defungi sine liberis: q̄ȝ ex illicito coitu stirpem querere. Et in ca. sic non sunt. scribitur: Sic non sunt facienda adulteria etiam voluntate filios generandi: quemadmodū nec furta sunt facienda: ⁊ voluntate pascendi pauperes sanctos. Et in ca. meretrices. dicitur: Meretrices esse ⁊ ad meretrices accedere ꝓhibet dominus: quarū publice venalis est turpitudo. Et in ca. Salomon. dicitur: Salomō quippe imoderato vsu atq̄ȝ assiduitate mulieruȝ ad hoc vsq̄ȝ perductus est: ut templum idolis fabricaret: ⁊ qui prius deo templum extruxerat: assiduitate libidinis ⁊ perfidie: subtractus idolis templa construere non timuit hec ibi. Et ideo dicentes fornicationem non esse peccatum: tanq̄ȝ heretici sunt censendi. in cle. ad nostram de here. vbi aliquibus sic dicentibus: Actus carnalis cum ad hoc natura inclinet nullum peccatuȝ est: ⁊ maxime cum talem actum exercens ad hoc tentatur. Respondetur prauitas heretica est sic asserere: ⁊ pertinaciter defensare. Ratio est: quia ut dicit glo. est contra precepta dei Exo. 20. Vnde. 22. q. i. ca. predicandū. Fornicatio cōputatur inter mortalia peccata. vbi sic dicitur: Fideles noscere debent talē de periurio penitentiā imponi debere: qualem ⁊ de adulterio: de fornicatione: de homicidio sponte cōmisso: ⁊ de ceteris criminalib⁹ vitijs. hec ibi. Quid plura: lege. 50. di. in. ca. quia tua. et di. 49. ca. hinc. post mediū. et. 23. q. 7. ca. quēadmodū. et. 32. q. 5. ca. nec solo. vbi habetur: Nec solo tactu ⁊ affectu: sed aspectu appetitur concupiscentia feminarum ⁊c̄. lege item 32. distin. ca. pˀmo. in fine. Et. 15. q. 8. ca. hi qui Et de vi. ⁊ hone. cle. c. ⁊ clericoꝝ. vbi habet̄: q̄ luxuria lȝ ab oībus sit vitanda a clericis tn̄ maxime: ⁊ sic patet auc̄te canonica luxuriā reprobari. ¶ Septimo ⁊ vltimo idem ꝓbat̄ auc̄te politica tripliciter. Pˀio auc̄te phoꝝ. Scḋo poetaꝝ. Tertio legū humanarum. ¶ Primo phoꝝ sic. Plato phus antiquus dic̄. Maloꝝ esca voluptas: quia ea sic̄ pisces hamo: hoīes capiunt̄. hec ille. Pithagoras ait. Fugienda sunt oībus modis ⁊ abstinen-

da:languor a corpore:imperitia ab aia:luxuria a ventre. Ideo cum quidam stolidus audiente Pithagora diceret male se esse cum mulieribus:q̄ꝫ cum phis ꝯuersari:ꝛ sues:iqt Pithagoras libentius in ceno:q̄ꝫ in aq̄ versant. Aristo.3.ethicoꝝ.inquit. ꝙ delectatiões gustus ꝛ tactus:inter delectatiões sensibiles maxime sunt vehementes:ꝛ ideo reprehensibiles.ꝛ in.4.ethi.dicit. Continentia nõ ē virtus:sed quedaꝫ virtuti mixta: quia ꝯtinens sequit̃ rõnem ꝛ cãm:qḋ pertinet ad virtuteꝫ hec ille. Seneca pmo declarandũ ait. Nihil est tam mortifeꝝ ingenijs q̄ꝫ luxuria. Luxuria blãda pestis:victrix orbis: imensas opes auaris manibus vt perdat rapit.ꝛ in.39.epl̃a ait. Quis hostis in quẽq̄ꝫ tam ꝯtumeliosus fuit:q̄ꝫ in quosdam voluptates sue? ꝛ infra q dam se voluptatibus in mergunt: quibus in ꝯsuetudinem adductis carere non põt. O hoc miserrimum est ꝙ eo puenerit:vt illis q̄ superuacua fuerũt facta sint necessaria. Seruiunt itaqꝫ voluptatibus non fruunt̃ ꝛ mala sua: qḋ maloꝝ vltimũ est:amant. Indurandus est itaqꝫ animus ꝛ a blandimentis voluptatis procul abstrahendus.vina hanibalẽ hiberna soluerunt:ꝛ indomitũ illum viuib⁹ atqꝫ alpibus tutum eneruauerunt: fomenta campana armis vicit: vitijs victus est. Nobisq̄ꝫ militandum est: eo genere militie quo nunq̄ꝫ otium dat̃:debellande in pmis voluptates:que vt vides seua quoqꝫ ingenia rapuerunt. Si voluptati cesserimus cedendum est labori:cedendum est dolori:cedendum est paupertati.hec ille. Boetius lib.de disciplina scolastica dicit. Est enim meretrix iniqtatis via inferni ianua.percussio scorpionis:viscariũ sceleris:puteus interit⁹. Et in.3.de cõsol. idem dicit. Quid aũt de corporis voluptatibus loquar:quaꝝ appetentia qdem plena est facietatis.facietas vero penitentie: quaꝝ̄ mo tus quid hẽat iucũditati? ignoro:tristes vero esse voluptatũ exitus:quisqꝫ reminiscit̃ libidinum suaꝝ itelliget:que si beatos explicare possent:nihil cause ē qn pecudes q̄ꝫ beate eẽ dicant̃. Nihil ergo dubium est: qn ad beatitudineꝫ deuia quedã sint:nec pducere quẽq̄ꝫ eo valent:ad qḋ se perducturas esse promittunt.hec ille. Tulius lib.j.de offi.ait. Si considerare volumus que sit i natura hominis excellentia ꝛ dignitas:facile intelligem⁹ q̄ꝫtũ sit turpe defluere luxuria ꝛ delicate ac molliter viuere:ꝛ quãtum sit honeste viuere: continenter:sobrie:ꝛ pudice. Et in eo.lib.idem ait. Luxuria cuꝫ omni etati turpis sit:senib⁹ maxime fedissima est. Ideo lib.de senectute ait. O preclarum munus etatis: siqdem aufert nobis quod est in adolescentia vitiosissimuꝫ scꝫ libidinem corporis.hec ille. Ualerius lib. 9.sic dicit. Blandum malum luxuria quã accusare aliquãdo facilius est:q̄ꝫ vitare que inuictum hãnibalem armis illecebris suis cõplexa vincendum Romano militi tradidit. Illa ducem vigilantissimũ:illa exercitũ acerrimum dapibus largis abundanti vino:vnguentoruꝫ fragrantia: veneris vsu lassiuiore ad somnũ e delitijs euocauit. Quid ergo his vitijs fedius?quid etiã dãnosius:quibus virtus atteritur:victorie relãguescũt:sopita gl̃ia in infamiam ꝯuertit̃ animi ꝛ corporis vires expugnantur:adeo vt nescias an ab hostib⁹: an ab alijs capi pernitiosius sit habendum. hec ille. ¶ Scdõ auctoritate poetarum prudẽtius poeta dicit. Mersa iaces ardente luto torquetur ꝛ ardet. Pubentius totis crusta libido medullis. Inspirat tenerum labe facta per ossa venenum. Tu preceps ad mortis iter:tu ianua leti. Corpora cõmaculans: animas ad tartara portas.ħ ille. Gualterus insuper in alexandreide libro.j.dicit. Te non emolliat vitio prodiga luxuries. Nec fortia pectora frangat mentis morbus amor. Si baccho veneriqꝫ vacas q cetera subdis. Sub iuga venisti:perijt delira vacantis. Libertas cũ veneris flagrante camino. Mens hebet interius rixasqꝫ ꝛ bella moueri. Imperat ꝛ suadet rationibus vile sepulchrum. Ebrietas rigidos eneruat ħ duo mores.hec ille. Item quidam alius doctissimus poeta ait. Femina corpus opes:animum vim luminis vocem. Polluit ãnihilat:necat eripit orbat acerbat Corpus opes animam cõsortia federa famã Debilitat perdit necat odit destruit aufert. ¶ Tertio auctoritate le.humanaꝝ. Nam.C. de concubinis.l.nemini. dicitur. Nemini licentia concedatur constante matrimonio:cõcubinam penes se habere.ꝛ.C.de adulte.l. fedissimam.sic dicitur. Fedissimam earum nequitiam que pudorem suum alienis libi inibus prosternunt:reprensa voluptate legis vl ciscuntur.hec ibi. Item.C.de rap.vir.l. vnica sic scribitur. Uiolatio virginum vel etiam viduarum maxime que deo fuerunt dedicate:

non solum ad iniuriam hominum: sed etiaz ad ipsius omnipotentis irreuerentiã cõmittitur: cum virginitas & castitas corrupta resti tui non potest. hec ille. Item. C. de epis. & cle. l. raptores. habetur. Raptores virginum vel etiam viduarum que deo fuerunt dedicate: capitis supplicio plectendos esse decernim⁹. Preterea in auten. de trien. & semis. §. si aut. coll. 3. scribitur. Nos non prebemus luxuriantibus: sed caste viuentibus leges. hec ibi. Item in auten. de restituentibus. coll. 4. dr. Non enim amplius habebit castitatez luxuria: sed subiciatur quidẽ & ipsa penis periculumqz sustineãt. Et in auten. quibus modis natura. effici. legi. §. illud quoqz. coll. 6. habet. Nihil est amoris furore vehementius. Itez ff. de orig. iur. l. 2. §. initium. dicitur. In seruitute supponitur qui captus amore virginis nefas permiscet indignaturqz q obseruãtia iuris in persona sui iam deficit. hec ibi. Ultimo. ff. de extraor. crimi. l. j. dicitur. Solicitatores alienarum nuptiarum. itemqz matrimonioꝝ interpellatores & si effectu sceleris: potiri ñ pñt pp voluñtatẽ pnitiose libidinis extra ordinẽ puniunt. hec ibi. Et sic pz luxuriã esse reprobatã q̃pluribus fidedignis auctibus.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua probatur luxuriam hoc precepto iuste esse reprobatam multiplici exemplaritate.

Tertio in hoc sermone idem probat exemplo multiplici: videlz. Mosayco Prophetico. Euãgelico. Apostolico Iuridico. Phico. Politico. ¶ Primo exẽplo Mosayco legit Gen. 39. d Ioseph. q cũ esset pulcher facie & decor⁹ aspectu post multos itaqz dies: dña sua dicit ei. dormi mecũ qui non acquiescẽs: dicit ei. Ecce dñs meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua: nec quicq̃ est quod non i mea sit potestate vel nõ tradiderit mihi: preter te: que vxor eius es: quomodo possum hoc malum facere & peccare in dominum meum: et huiusmõi verbis recusabat: postea sequitur qño vna dierum apprehendit eum p palliũ. Ioseph vero relicto pallio fugit & nũq̃ consentire voluit: imo multa & mala ppessus &c. ¶ Scdo exemplo pphetico. s. Susanne de q̃ dicitur Dañ. 13. q cum sola esset in pomerio surrexerunt duo senes & accurrentes. di. ei. Ecce hostia pomerij clausa sunt & nemo nos videt & in concupiscentia tui sumus: quam obrem assentire nobis & cõmiscere nobiscũ. q si nolueris dicemus testimonium contra te. q tecum fuerit iuuenis & ob hanc causam emiseris puellas a te. Ingemuit Susanna: & ait. Angustie sunt mihi vndiqz. Si eniz hoc egero mors mihi est. Si autem non egero: non effugiã manus vestras: sed melius mihi est incidere in manus vestras absqz opere: q̃ peccare in conspectu dei. & sic non acquieuit &c. ¶ Tertio exemplo euãgelico. i. sanctoꝝ vitam tenentiũ euangelicã maxime. Bñdicti & Francisci. Nam Benedicto in spelunca sua oranti apparuit diabolus in forma auis: quã plurimũ infestantem se cõabatur abigẽ que tandem recedente tanta illum diabolica inuasit carnis tentatio: quãtam als nũq̃ senserat: tandem ad se reuersus nudus se pict̃ i spinas: & sic carnem castigauit. Similiter. b. pater noster Franciscus simili tentatione stimulatus: inter spinas se cruentauit vt in legenda &c. ¶ Quarto exemplo apostolico. i. apostoloꝝum qui omnes vitam pudicam tenuerunt. patet etiam exemplo eorum q apostolorum imitati sunt vitam. Ponit diuus Hieronymus in vita beati Pauli pmi heremite inter alia duorum iuuenum exemplũ mirabile. Quorum pmus nudus expoliatus ac totus melle litus estiuo tempore ad solem ligatus est: vt aculeis vesparum confoderet. ille aũt semper imobilis perseuerãs Iesum nunq̃ negauit. Alter vero in pomerio quodam super lectum ligatus est: & ad illum immissa meretrix speciosa: que cepit adolescentis membra pertractare vt illum ad libidinẽ etiam inuitum perduceret: qui videns carnis voluptati aliter non posse resistere: dentibus precidens linguam expuit in faciem se osculant̃: & sic doloris magnitudine: & cruore qui in ore abundabat: voluptatem & meretricem fugauit. Non est opus plura enarrare cum inumerabiles fuerint qui caste vixerunt Nam & saluator noster non ob aliud voluit ad colũnam ligari & flagellari: nisi vt nobis exempluz daret corpus nostrum flagellis cedere: & a luxurie inquinamentis abstinendi. ¶ Quinto exemplo iuridico. i. ciuili. Nã scribitur. ff. de orig. iur. l. 2. §. & cum placuisset. q virginius quidam indignatus q venustissima iuris obseruantia in persona filie sue defecisset: cum castitatem filie vite quoqz eius preferendam putaret arrepto gladio filam i-

perfecit: vt morte virginis contumeliam fu-
geret arceret. hec ibi. ¶ Sexto exemplo phico.
Nam Pithagoras crotonam veniens po-
pulum in luxuriam versum: sua auctoritate
ad frugalitatē reuocauit: adeo vt plurimosq3
incōtinentes: z quod maius est etiam matri
monio coniunctos: ad perpetuum perduxit
celibatum. Induxitq3 matronas: vt auratas
vestes: ceteraq3 sue dignitatis ornamenta:
velut luxurie instrumēta deponerent. Aliud
exemplum de Pericle pho. Tulius. j. lib. de
offi. dicit. ꝙ cum ipse z Sophocles ad collo-
quendum de consultationibus publicis simul
consedissent. Casu puer quidam admodum
formosus trāsijt. dicitq3 Sophocles. O Pe
ricles pulchrum puerum. respōdit Pericles
Rectorem decet: non solum manus z lin-
guam: sed etiam oculos habere continētes.
Item habetur exemplum de Demosthene:
qui Laydis meretricis pectus iocando sup-
palpitans: q̄ntū ait hoc valet. Respondit illa
mille denarios. Rn̄dit phus. Ego penitere:
tanti non emo. Item exemplum habetur de
Aristipo: qui inscius domum meretricis ali
quādo intrauit: z viso scorto confestim exijt.
puer autem qui comitabatur cum erubesce-
bat: ꝙ in domum meretricis iuisset: ad quē
Aristipus dixit. Intrare illuc malum nō est:
s3 nescire exire. Itē habetur exemplū de So
phocle etate iam seniore: a quo cum quidam
quereret: an etiam nunc rebus venereis vte
retur: dic meliora inquit. Libenter enim istic
tāq3 efuriosa quadam dn̄atione profugi. Iō
Seneca lib. 2. declamationu3 ait. Adolescēs
luxuriosus peccat: senex luxuriosus insanit.
¶ Septimo z vltimo idem probatur exem-
plo politico de p̄ncipe romano Scipione di
cit Augustinus lib. j. de ciui. dei. c. 33. Scipio
nasica prohibuit senatum construere theatrū
persuadens oratione grauissima: ne gratam
luxuriam viribus patrie amonentib9 paterē
tur obreppere. Narrat etiā Valerius de eo
dem ꝙ cum esset annorum. 27. princeps ro-
mani exercitus in aphrica fuit: vbi carthagie
capta: z victoria maxima de aphricanis ob-
tenta: inter ceteros captiuos puella quedam
nobilis z valde pulchra fuit ei oblata: que no
bili sponso erat coniuncta. Scipio autem vo
catis parentibus z sponso inuiolatam puellā
tradidit. Aurum quoq3 pro redemptiōe puel
le oblatum doti eius addidit: qua continētia
gēs barbara se se illi dedit. Quāto ergo ma-
gis nos continente esse debemus pro patria
illa superna ad quā zc.

¶ Feria scd̄a post quartam dn̄icam quadra
gesime in qua tractat de institutione matri-
monij contra luxuriam. Sermo. 48.

d Date illi in-
fantem viuū: z noli inter
ficere eū. 3. Reg. 3. O iux
theologorū carissimi sen
tentia est: ꝙ diuina lex or
dinat homine3 circa cor
poralia z sensibilia. Ratio autem hmōi est:
quia sicut per corporalia z sensibilia mens
hois potest in deum eleuari: si quis ad reue-
rentiam dei debito modo vtatur: sic illorum
indebitus vsus mente3 a deo abstrahit. Est
ergo ad hoc diuina lex p̄ncipaliter data: vt
homo adhereat deo. ideo ei pertinet hoie3 or
dinare: circa corporalium z sensibilium affe-
ctionem z vsum. Preterea sicut mens hois
ordinatur sub deo: ita corpus sub aia: z infe-
riores vires sub ratione: sed diuina ꝓuiden-
tia debet facere vt singula suum ordinem te
neant: ergo lege diuina ordinādus est hō: vt
inferiores vires rationi subdantur: z corpus
aie: z exteriora ad vtilitatem z necessitatem
homini seruiant. Preterea quelibet homini
proposita lex inducit ad virtutem: virtus aūt
in hoc consistit ꝙ tam inferiores affectiones
q̄3 corporalium rerum vsus ratione regulent
z h lex diuina statuere debuit aliter non esset
bona: quorsum h tam lōgo repetita p̄ncipio:
quia per matrimonium regulari debuit hō
lege diuina: vt esset differentia inter hominē
z bruta: z hoc maxime post pcm̄ in remediū
concupiscentie ad obseruationē huius man-
dati: ne daretur locus meretricibus: de qbus
in hac ꝓphia scribitur: ꝙ vna dixit. date illi
infan. zc. De matrimonio igit tractare volē-
tes qd in remedium datum est obseruatiōis
huius precepti ab institutione inchoandū est
de qua tres faciemus ꝯsiderationes: quarū

¶ Prima dicit institutōis mr̄monij ꝑpatio.
Scd̄a institutōis mr̄monij multiplicatio.
Tertia institutōis matrimonij originatio.

¶ Pars p̄ma huius sermonis in qua decla
ratur ꝙ matrimoniū ē istitutū a lege nāli.

p Primo igitur in hoc sermone ꝓbat
talis cōclusio sm sniam theologoru3

ſcꝫ Bonauen.in.4.diſtin.26.ar.j.q.j. Ricar
ibidem. Tho.in ſu.contra gentiles lib.3.c.121.
Alexan.de al.in.2. pte in tractatu de le.nāli
q.j.ꝙ matrimoniū inditū ē a lege nāli: qḋ ꝓ
batur etiam per phm.j.poli.c.j.di.Maſculuꝫ
⁊ feminā non eſſe inuicē poſſibiles ſine gene
rationis grā:⁊ hoc nō ē ex electione:ſed ſicut
in alijs animalibus ⁊ plantis naturale appe
tere quale ipſum tale derelinquere alterum.
probatur etiam per le.ciuilem.ff.de iuſtitia et
iur.l.j.§.ius naturale ē qḋ natura oīa aīalia
docuit ⁊ parum poſt hinc deſcendit maris
atqꝫ femine coniugatio q̃ꝫ nos matrimoniū
appellamus. Sed ad maiorem huius ꝯclu-
ſionis declarationem cōtra obicitur. Prio
ſic: qḋ eſt a voluntate non eſt a natura:quia
qḋ eſt a voluntate aliquo modo eſt ab intel-
lectu:ſed ſi eſt ab intellectu non eſt a natura:
quia phs.2.phyſi.dicit intellectū cōtra nāꝫ:ſꝫ
matrimonium non eſt ſine ꝯſenſu volūtatꝭ:
⁊ ꝯſequēter nec ſine intellectu:ergo non ē de
iure nature. Item dicit Tul.in rheto. ꝙ fuit
quoddam tempus in quo nemo legitimas
nuptias nec quiſq̃ꝫ aſpexerat liberos: ſed vt
dicitur decretoꝝ di.5.circa pͥncipiuꝫ. Jus na
turale cepit ab exordio rōnalis creature: nec
variatur tpe:ergo matrimoniū cum ſit legiti
ma ꝯiunctio maris ⁊ femine:non eſt de iure
nature. Item diſt.8.in pͥncipio. Jure nāe oīa
ſunt cōia oībus:ſed ꝑ matrimoniū eſt appro
priatio mulieris ad viꝝ ⁊ ecōuerſo:ergo non
eſt de iure nature. ¶ Ad hoꝝ declarationem
eſt notāda illa diſtinctio theologoꝝ: ꝙ aliqḋ
dicitꝰ eſſe de iure nature dupl'r. Uno mō illḋ
qḋ cauſatꝰ ex nāli neceſſitate non cooperante
voluntate.niſi illius q nām inſtituit:⁊ ſic dici
mus ꝙ de iure nāe eſt ignis aſcēdere ſurſuꝫ:
⁊ hmōi. Propterea ex hiſ nec laudamur nec
vitupamur ſꝫ Ariſt.2.ethi.⁊ ſic matrimoniū
non eſt de iure nature:quia ſi ſic eſſet :eēt ne
ceſſe omnes eſſe in matrimonio:quod falſuꝫ
eſt. Nam Chriſtus fuit homo: ⁊ tamen non
fuit ī matrimonio:ſic multi ſancti ⁊ religioſi.
Alio modo dicitur eſſe de iure nature illud
ad qḋ natura inclinat:ſed non ſic inclinat ꝙ
per liberum arbitrium non poſſit reſtringi:
⁊ per liberum arbitrium habet perfici; exem
pli gratia. Actus virtutum dicuntur de iure
nature:⁊ tamen per liberum arbitrium ma-
le exercitatū multi ſunt vitioſi:pauci virtuoſi
Nam aliquādo videmus aliquem bene cō-
plexionatū:totum in aſpectu angelicum: quē
natura ⁊ generalis ⁊ ſpecialis inclinat ad vir
tutes:⁊ tamen plenū vitijs:⁊ hoc per abuſuꝫ
liberi arbitrij.⁊ ſic matrimonium eſt de iure
nature:quia ad ipſum inclinat natura gene-
ris ⁊ ſpeciei:⁊ per comparationem ad princi
palem eius finem qui eſt bonum prolis: ⁊ ꝑ
comparationem ad regularium qui eſt mu-
tuum obſequium in rebus domeſticis. ꝙ āt
natura generis ad hoc aliquo modo inclinet
declaratur ſic. Procreatio filiorum cōis eſt
omnibus animalibus:q̃ꝫuis ad hoc non in-
clinet vno modo in omnibꝰ: quia quedā ſūt
animalia quorum filij nati ſtatim poſſunt ſi-
bi victum ſufficienter querere.vel ad quoruꝫ
ſuſtentationem mater per ſe ſufficit:⁊ q̃ꝫuis ī
iſtis natura inclinet ad coitum: non tamen ī
iſtis eſt determinatio maſculi ad feminam.
Jn illis autem in quibus filij indigent ſuſtē
tatione vtriuſqꝫ parentis vſqꝫ ad paucū tp̄s
eſt per naturam determinata coniunctio ma
ſculi ad feminam:vt patet in quibuſdam aui
bus. Filij autem hominū indigent cura vtri
uſqꝫ parentis:vſqꝫ ad magnum tempus: iḋ
in hominibus natura inclinat ad determi-
nationem maris ⁊ femine vſqꝫ ad magnum
tempꝰ. Sed infra clare videbitur quomodo
matrimonium debet eſſe vnius ad vnam.⁊
inſeparabile:qūo natura ſpeciei inclinat:qūo
inclinat per comparationem ad ſecūdarium
eius finem:nec ſufficit illa cōcluſio cum pre-
dicta diſtinctione que eſt Ricar.ꝙ matrimo
nium eſt legis nature inquātum ad hoc in-
clinat natura. ¶ Dicas ergo ad pͥmum ar-
gumentum ꝙ non plus concludit niſi ꝙ ma
trimonium non eſt totaliter a natura: ⁊ hoc
eſt verum:quia efficitur per liberū arbitriuꝫ:
quia ſm ſententiam theologoꝝ:vt infra de-
clarabitur vt ſit matrimonium requiritꝰ cō-
ſenſus libere voluntatis. ¶ Ad ſcḋm dicen-
dum eſt ꝙ q̃ꝫuis ius nature quātum ad ſua
pͥncipia ⁊ proximas concluſiones omnibus
habentibus vſum liberi arbitrij ſit notum ⁊
ſic etiam poteſt dici de matrimonio:quia cō
iunctio viri ⁊ femine eſt de inclinatione nāe
⁊ pͥncipijs ⁊ proximis concluſionibus: tamē
quātum ad remotas concluſiones in multis
offuſcatū fuit:⁊ ad hoc eſt.ſ.ꝙ ſit viri ⁊ mulie
ris ꝯiūctio idiuiduā vite ꝯſuetudinē retinēs
⁊ ſic itelligit Tul. ¶ Ad aliḋ dicaſ ꝙ illḋ veꝝ
intelligendū eſt de poſſeſſionibꝰ ordinatis ad

vsum humanū: ⁊ hoc referendo ad tempus nature lapse: ⁊ de comunitate quantum ad vsum: non quantum ad proprietatem: sed non hoc intelligitur de mulieribus. vnde phs. 2. politicoꝝ. ca. j. q̄uis concedat possessiones debere esse cōes quātum ad vsum: tn̄ hoc de mulieribus negat: ꝯtrarium dicentibus imponēs ꝙ manifeste opera virtutis tēperantie interimūt. Ex predictis oritur corelarium vnum tremebundū crudele: his temporibus gemebundū. Sed quid fr̄. M. quid dcm̄ est supra ꝙ natura inclinat ad mr̄imonium ꝓpter bonum ꝓlis: quid seqꝛ ex hoc. o gomorriane qd̄ o sodomita quid o pessime fili diffidentie quid o homicida qd̄ o destructor aiaꝝ: quia si sic oēs facerent cito destrueretur natura: q̄ grāde sit hoc peccatū: quale iudicium dei expectet: quid miꝝ si ex hoc reuoluitur terra: moueꝛ celi ⁊c. q2 ad hoc nō inclinat natura: nec generis: nec spēi: ideo diciꝛ simpliciter ꝯtra nām: quia qđ bestie non faciūt hō facit. Cape ergo sacrū mr̄imoniū ⁊c.

¶ Pars scđa huius sermonis in qua declaratur ꝙ institutio matrimonij fuit an̄ ⁊ post peccatum.

Circa scđam partem huius sermōis ad maiorē dictoꝝ declarationē. Cape istam determinationē theologoꝝ Primo magr̄i in. 4. dist. 26. c. j. sic dicentis. Coniugij aūt institutio duplex est. Vna ante pctm̄ ad officiū facta est in paradiso vbi esset thorus imaculat⁹ ⁊ nuptie honorabiles. Ex quibus sine ardore ꝯcupiscentie cōciperent: sine dolore parerent. Altera post pctm̄ ad remedium facta extra paradisum ꝓpter illicitū motum deuitandū. ꝓma vt nā multiplicareꝛ. scđa vt nā exciperet ⁊ vitiū cohibereꝛ. Nam ⁊ ante pctm̄ dixit dn̄s. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram. Et post pctm̄ omnib⁹ pene hoibus post diluuiū ꝯsumptis. hec ille. Hoc etiam ꝓbaꝛ per Aug. super Gen̄. di. ꝙ sanis esset ad officiū egrotis eēt ad remediū. Infirmitas enim in cōtinentie que est i carne per pctm̄ mortua: ne cadat in ruinam flagitioꝝ excipiꝛ honestatione nuptiaꝝ. Si non peccassent ꝓmi hoies. sine carnis icentiuo ac feruore libidinis ipsi ac successores eoꝝ ꝯuenirent. Et sic remunerabile est aliquod bonū opus: sic ⁊ coitus eoꝝ esset bonus ⁊ remunerabilis. Quia vero per pctm̄ letalis ꝯcupiscētie lex membris nostris inhesit: sine qua carnalis non fit cōmistio: reprehensibilis est ⁊ malus coitus: nisi excuseꝛ per bona coniugij. hec ille. De ꝓma institutione dicit Hug. lib. 2. de sacra. pte. xj. c. j. ꝙ solum ꝯiugij sacr̄m ēt ante pcm̄ legiꝛ institutuꝫ: non tn̄ ad remediū sed ad officium. Sed si cōtra obijcereꝛ ꝓmo per ipsuꝫ Hug. di. Tempus institutionis sacramentoꝝ ex tunc esse cepit qn̄ homo a gaudijs paradisi eiectus est. Et ita videꝛ ꝙ matrimonium post pctm̄ sit institutuꝫ. Probaꝛ rōne sic. Sacr̄m vt volunt doctores est medicina ꝯtra morbū. sed tpe status innocentie nullus fuit morb⁹: ergo nec medicina igiꝛ ⁊c. Rn̄dit ad hoc Bonauen. vbi supra. q. j. i corpore. j. ꝙ institutio respicit vsum: vsus autem matrimonij est in remediū: ⁊ in officium: vt dcm̄ est. Vsus aūt aliquoꝝ sacroꝝ est tm̄ in remedium. Et ideo vsus matrimonij nō tm̄ ꝯuenit infirmis sed etiam sanis. Et fuit i remedium post pctm̄ ꝯtra ꝯcupiscentiā: ⁊ fuit i officium ante pctm̄: q2 per se homo non potuit spēm ꝯseruare. Hoc idē ꝯcludit Ric. vbi supra. q. 2. addens ⁊ bene: ꝙ q2 de rōne sacri ē qđ sit signum ⁊ remediū. Ideo non ꝓpe ita dicitur ꝙ mr̄imoniū inquātuꝫ est sacr̄m fuit institutum ante pctm̄: sic post. Dicendum est ergo ⁊ ꝯcludendū de mente huius doctoris ꝙ matrimoniū fuit institutū ante pctm̄ in officium: sed tunc ꝓprie non erat sacr̄m p⁹ peccatum in remediū ⁊ in significationē: quia significauit ꝯiūctionē verbi ⁊ humane nature Christi ⁊ ecclesie: ⁊ sic ꝓpe dicitur sacr̄m: quia sacr̄m est sacre rei signum: ⁊ de rōne sacri est remediare ꝯtra morbum: qđ non fiebat nisi post peccatū: quia deficiēte cā deficit ⁊ effect⁹ 2. physi. ex̄ de pe. ⁊ re. Cum infirmitas. ⁊ sic pꝫ rn̄sio. Ex his habeꝛ vnū corelariuꝫ: ꝙ q vult bene nubere non debet alia causa facere: nisi aut in officiū ꝓpter bonum ꝓlis: aut ad refrenandū ꝯcupiscentiam. Nullus ergo dicat nō possum ꝯtinere: q2 habet remediū nubat in dn̄o: q2 melius est nubere q̄ vri. Ad hoc introducitur textus Hieronymi ad Occeanū de morte fabiole. Melius est inqꝛ ap̄ls nubē q̄ vri. Adolescentula erat: viduitateꝫ seruare non poterat: videbat aliam legem in mēbris suis repugnantem legi mentis sue: ⁊ se vinctam atq3 captiuam ad coitum trahi: melius arbitrata aperte ꝯfiteri imbecillitatem suam ⁊ vmbrā quādam miserabilis ꝯiugij subire: q̄ sub gloria vnius viri opera exercere mere-

tricum. Idem apl's vult viduas adolescentu
las nubere ⁊ filios ꝓcreare. Nullā dare oc-
casionem maledicti gratia. Et ꝓtinus cur h
velit exponit. Iam enim quedā abiere retro
post Sathanam. Igitur ⁊ fabiola quia ea ꝑ
suaserat sibi ⁊ putabat virꝝ a se iure dimissū:
nec euangelij vigorem nouerat. In quo vni-
uersa cōuersatio viuentibus viris frēs am-
putare: dū mala diaboli vitat vulnera: vnū i
cauta vulnus accipit. Est ⁊ textus Hierony.
ad Siluinam cōsolatoria de nembridio. di.
Volo inqt apl's. i. timo. 5. viduas adolescen-
tulas nubere: filios ꝓcreare: matresfamilias
esse: nullam occasionē dare aduersario detra
ctionis causa. Et cur indulserit statim subie
cit. Iam enim quedam declinauerunt post
Sathanam. Ex quo intelligimus illum non
stantibus coronam: sed iacētibus manu por
rigere. Vide qualia sint matrimonia secūda
que lupanaribus preferunt: quia declinaue-
runt quedam post sathanam. Adolescentula
vidua si non pōt ꝯtinere vel non vult: mari-
tum potius accipiat: q̄ꝫ diabolū. h ille. Non
excusant ille ribalde ⁊ ꝓphane que nolūt nu
bere: tn̄ nec ꝯtinere. Ex his pꝫ ꝙ stoici mul-
tum errauerunt presertim in duobus. Prio
di. ꝙ causa ꝓpagationis liberoꝝ non ē du-
cenda vxor. Nam Theophrastus phs sic igt
Porro liberoꝝ cā vxorem ducere: vt vel no
men nostrū non intereat: vel habeamus senc
ctutis presidia: ⁊ ceteris vtamur heredibꝰ sto
lidissimū est. Quid enim ad nos pertinet re-
cedentes a mundo: si noīe nr̄o aliꝰ non vocet
cum ⁊ filius non statim patris vocabulū re-
ferat: ⁊ inumerabiles sint qui eodem appellā
tur noīe: aut que senectutis auxilia sunt nu-
trire domi: qui aut prior te moriat: aut mori-
bus peruersis forte sit: aut certe cū ad matu-
ram etatem venerit tarde ei videaris mori?
heredes meliores ⁊ certiores sunt amici ⁊ ꝓ
pinq: quos iudicio eligas: q̄ꝫ quos vel noles
hr̄e cogaris: lꝫ certa hereditas sit dū ad viuis
bene abuti substātia tua: q̄ꝫ tu labore quesita
incertos vsus relinquere. hec ille. Phs enim
2. politicoꝝ reprobat stoicoꝝ sn̄iaꝫ: qua dicūt
vxores debere esse cōes: sicut ⁊ possessiones.
Rōne veneratiōis filij enim debent paren-
tes venerari: quibꝰ iniuriarent non cognoscē
res eos. Rōne educatiōis nobiles eni aliter
educant: q̄ꝫ ignobiles. vnde nō possent discer
ni nobiles ab ignobilibus: ⁊ sic sequeret con

fusio ⁊ discordia in ciuitatibꝰ. Rōne dilectio
nis nāliter parentes diligunt filios: sed quia
filij non discernerent: ideo semꝑ esset dubita
tio ⁊ non diligerent. Rōne ꝯcupiscentie q̄a
continue augeretur: quēadmodum in canibꝰ
⁊ bestijs. vnde Tulius lib. 2. de offi. dicit. Nā
cum h nāliter cōe oīuꝫ animantiū vt habeāt
libidinem peccandi causa pͥma societas est in
coniugio hoīuꝫ ꝓxima in liberis: deinde vna
domus cōia sunt oīa: illud aūt est pͥncipium
nobis ⁊ quasi seminarium reipub. Sequūt
fratrū cōiunctiones post ꝯsobrinoꝝ ꝯsobri-
narūqꝫ: que cum vna domo capi non pn̄t: in
alias domos tāq̄ꝫ in colonias exeūt. Sequū
tur ꝯnubia ⁊ affinitates ex q̄bus plures pro
pinqui: ⁊ propagatio: ⁊ soboles origo est reꝝ
publicaꝝ. Sanguine aūt ꝯiunctis ⁊ beniuo-
lentia ꝯiungit hoīes charitate. Magnum est
enim habere eadem monumenta maiorum
eisdem vti sacris sepulchra habere cōia: vnde
ille rōnes non valent. ¶ Scd̄o etiam errauc
runt stoici. di. ꝙ sapienti non expedit nubere
⁊ inter alias tres assignant rōnes. Prima ē
necessitatum multiplex reqsitio. vnde Theo-
phrastus ait. Multa sunt matrimonioꝛuꝫ in
vsibus necessaria: vꝫ preciose vestes: auꝝ: gē-
me: sumptus: ancille: supellex varia: lectice. i.
cortine: ⁊ exedra deaurata. h ille. ¶ Scd̄a est
sciaꝝ impeditio. vnde subdit idem phs. Sed
preceptor in qualibet vrbium fuerit: nec vxo
rem relinquere: nec cū sarcina ire pōt: paupe
rem alere difficile est: diuitem ferre tormētū
est. hec ille. ¶ Tertia rō est pudicitie solicita-
tio. vn̄ subdit. Anulos ⁊ ariolos ⁊ aurifices: ⁊
institores gēmaꝝ: sericarūqꝫ vestiū: si intro-
miseris: periculū pudicitie est: si ꝓhibueris su
spitionis iniuria. veꝝ qd ꝓdest etiam ꝯdiligēs
custodia: cū vxor impudica seruari non possit
pudica non debet. Infida eni custos est casti
tatis necessitas: illa vere pudica dicenda est
cui licuit peccare si voluit. Pulchra cito ad-
amatur: feda non facile ꝯcupiscit: sed difficile
custoditur qd̄ plures amant: molestū est pos
sidere qd̄ nemo habē dignat: minore tn̄ mi-
seria deformatōis habet: q̄ꝫ formosa seruat.
Nihil tutum est in quo totius ppl'i vota su-
spirant: aut forma: aut ingenio: aut facetijs:
alius liberalitate solicitat aliquo modo expu
gnatur quod vndiqꝫ lacescit. hec ille. Sed ille
rōnes non valent: si illaꝝ fundamenta ꝯside
res. vnde lib. 3. de insti. aduer. gen. c. 14. dicit.

ratus docente Socrate non fugit Platonē iustitie vim in equitate cōsistere. Siqdē oēs pari ꝯditiōe nascunt̃:ergo inquit nihil ꝓuati atqꝫ ꝓprij habeant:sed vt pares esse possint qđ iustitie rō ꝯsiderat oīa in cōe possideant. Quo igit̃ illum cōitas illa perduxit:mr̃imonia quoqꝫ inquit cōia esse debent.s.vt ad eādem mulierem multi viri:tāq̄ canes confluant:⁊ ibi vtiqꝫ obtineat qui viribus vicerit: aut si patientes sunt vt phi expectent: ⁊ vicibus tāq̄ lupanar habeant. O miram Platonis equitatē:vbi est ergo virtus castitatis. vbi fides ꝯiugalis quā si tollas: oīs iustitia sublata est:quā vero intulit rōnē turpissimi huius ꝯcilij:sic inqt:ciuitas charitatis erit ⁊ amonis precipui ꝯstricta vinculis: si omnes oīuꝫ fuerint:⁊ mariti:⁊ patres:⁊ liberi:⁊ vxores. Que ista ꝯfusio generis humani ē: quō seruari charitas poterit:vbi nihil certum est qđ ametur: Quis aūt vir mulierem:aut mulier virꝫ diligat:nisi habitauerint semper vna nisi deuota mens ⁊ seruata inuicem fides indiuiduam fecerit charitatem:que virtus nulla promiscua voluptate locū non habet. Iteꝫ si oēs oīuꝫ liberi sint:qs amare filios tanq̄ suos poterit:cū suos aut ignoret: aut dubitet quis honoreꝫ tāq̄ patri defert: cū vnde nat⁹ sit nesciat: Ex quo fit vt non etiam aliorum vel alium pro patre habeat: sed etiam ꝓlem pro alieno. Quid qđ vxor pōt esse cōis:filius non pōt quē ꝯcepi:nisi ex vno necesse est:pijt ergo cōitas illi vni reclamante nā. Superest tm̄modo ꝯcordie causa vxores velit eē cōes At nulla vehementior discordiaꝝ causa ē:q̄ vnius femine a multis maribus appetitio. In quo ppl̃s si rōne non potuit:exēplis certe potuit admoneri:⁊ mutoꝝ aīalium que ob hoc vel acerrime repugnāt: ⁊ hoīuꝫ qui sepe ob eā rem grauissima inter se bella gesserūt: restat vt cōia ista nihil aliđ habeat pter adulteria ⁊ libidines. Item mulieres que habent̃ a multis nō vtiqꝫ adultere: q: matrimoniuꝫ nullum est certuꝫ:sed ꝓstitute ac meretrices sint necesse est. Redegit ergo humanam vitam ad similitudinem:non dicam mutoꝝ:sꝫ pecudum ac beluaꝝ. Nam volucres pene oēs matrimonia faciunt:⁊ nidos suos atqꝫ genitales thoros ꝯcordi mente defendunt. ⁊ fet⁹ suos:q: certi sunt amant:⁊ si alienos adieceris abigūt. At homo sapiens contra mores hoīuꝫ ꝯtra nām stultiora.s.que imitaret̃ elegit.hec ille. Contra hanc cōitateꝫ arguit phs 2.lib.politicoꝝ.pluribus rōnibus. de quibus in sermone sequenti aliquas delibabimus.⁊ sic patet pars scđa huius sermonis.

¶ Pars tertia huius sermonis in qua declaratur a quo fuit matrimonium institutū.

Ad declarationē ꝓdictoꝝ circa tertiā partem mouet̃ vna dubitatio theologica.s.a quo sit h̄ sacr̄m institutū. Et determinat dn̄s Bona.in.4. di.26.ar.ꝑ.q.6 ꝙ non ab hoīe ꝑncipaliter:non a ꝓpha: non a sancto:non ab angelo ⁊c. O sacrum matrimonium:sꝫ a quo:ab ipsomet altissimo dn̄o deo. Probat̃ per euangeliū Matth.19. Qđ deus ꝯiunxit homo non separet. Hoc dicit̃ de coniunctione matrimonij: ergo est a deo. Item ꝓbatur Gen̄.1.qn̄ dixit deus. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram: sed illud crementū erat peractū matrimonij: ergo ⁊c. Probat̃ etiam rōne:quia si sacr̄a sunt a voluntate humana:⁊ omne tale est variabile et mutabile:sed sacr̄a sunt imutabilia.videtur g̃ ꝙ non solum hoc:sed etiam alia a deo instituta sūt:nec moueat te ꝙ ecclesia mutat matrimonium ⁊ variat:quia h̄ solum facit i his que ipa instituit:non aūt pōt variare illđ qđ non ordinauit:vnde pōt dirimere ꝯtractum matrimoniū inter illegitimas ꝑsonas: sꝫ nō matrimoniū legitime ꝯtractum. Preterea sacr̄a quāto maiora sunt:tanto a maiore instituenda sunt. Sed sacr̄m matrimonij est precipue magnū:sicut dicit̃ Eph.5. Sacr̄m hoc magnū est:ergo a maximo deo non ab hoīe fuit institutū. O mirabile sacr̄m. O excellēs priuilegium. O digna xp̄ianitas cuius opera omnia reguntur a dei prudentia. Si vis igit̃ videre sacramēti dignitatē. Considera instituentis magnitudinē:que aūt maior illa dei nulla penitus.patet igitur. Sed ꝯtra arguit̃ primo qđ est de lege naturali non indiget institutione:matrimoniū est hmōi: ergo nō est ex institutione alioꝝ. probat̃ per Isidoꝝ qui dicit ꝙ ius naturale vbiqꝫ instituto nāe non alia institutione habet̃. Item ꝓbat̃ quia fuit institutum ab hoīe:ergo non a deo. ꝓbo assumptum Gen̄.2.dicit Adam hoc nunc os de ossibus meis ⁊ caro de carne mea. Et parum post q̄obrem relinquet homo prēꝫ suū ⁊ matrē. Et adherebit vxori sue. Et erūt duo in carne vna:⁊ tunc fuit matrimoniū institutum:dicente dn̄o Matth.19. Non legisti ga

uulorũ: Confitere turpitudinẽ. Nulla idcirco ducit maritũ: ut cum marito non dormiat: aut si certe libido non stimulat: que tanta insania est: in morem scortorũ prostituere castitatem: ut augeantur diuitie: ⁊ propter rem vilem atq; periturã: pudicitia que preciosa ⁊ eterna est polluatur: Si habes liberos: nuptias quid queris? Si non habes: quare expertã non metuis sterilitatẽ: ⁊ rem incertaz: certo preferas pudori: hec ille. ¶ Tertio etiam ratione certificationis: quia sicut superius diximus conueniens fuit ut matrimoniũ esset vnius ad vnam propter certitudinem: cuius certitudinis inest homini quedam sollicitudo. Sic etiam propter hanc eandem causaz debuit eẽ indiuisibile. Quia si vir posset mulierẽ dimittere: ⁊ mulier virũ ⁊ alteri copulari: impediretur certitudo prolis: dum mulier a p̃mo cognita post matrimonium a secundo cognosceretur. Est igitur cõtra instinctuz humane speciei ꝙ mulier a viro separetur. ¶ Quarto ratione diurni amoris: amicitia enim quanto est maior tanto debet esse firmior ⁊ diuturnior. Inter virum autẽ ⁊ vxorem maxima amicitia esse videtur: ergo debet esse firma ⁊ diuturna. Nam adiurantur non solũ in actu carnalis copule que est inter bestias quandam suauẽ amicitiam facit: sed etiam ad totius domestice conuersationis consortiũ. vnde in signũ huius homo ꝓpter vxorem patrẽ ⁊ matrem dimittit: ut habetur Geñ. 2. Incõueniens igitur est ꝙ matrimoniũ sit dissolubile. Et sic patet ista ratio quarta. ¶ Quinto ratione significatiõis. Nam matrimoniũ est sacramentuz: sacramentũ autem est sacre rei signum: vt habet in. 4. dis. p̃ma. Significat ergo aliquid scd̃m quid in coniunctione xp̃i ⁊ ecclesie: persone diuine ⁊ humane nature. Ista autem inseparabilia sunt: quia ꝙ semel assumpsit nũꝗ̃ dimisit s̃z Diony. ergo matrimoniũ si vere est sacramentuz debet institui inseparabile. Dixit ergo bene dominus Matth. 19. Q̃d deus coniũxit homo non separet. Non potest ergo homo dimittere vxorẽ: nec vxor virum in presenti vita: nisi forte causa fornicationis ad tempus ut conuertatur: sed nõ potest aliam accipere. Unde Hiero. ad amandum presbyterũ super duabus questionibꝰ sic dicit: Utꝝ mulier relicto viro adultero: ⁊ sodomita: ⁊ alio ꝑ vim accepto posset absq; penitentia cõmunicare ecclesie: viuente adhuc eo quã prius relinquerat. Quod legens versiculi recordatus sum: ad excusandas excusationes in peccatis. Omnes enim vitijs nostris fauemus: ⁊ quod propria facimꝰ voluntate: ad nature referimus necessitatem. Quomodo si dicat adolescens: vim patiens corporis: me ad libidinẽ ardor impellit: ipsa organa membrorũ genitaliuz: ⁊ compositio corporis: femineos querit amplexus. Et rursum si homicida est. in egestate inquit eram: indigebam cibo: tegmẽ corporis non habebam: ideo alienũ sanguinẽ fudi: ne ipse fame ⁊ frigore moriar. Respõdeo ergo sorori que a nobis super statu suo querit: non meas sed apostoli sententias. An ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quoniã lex dominatur homini quãto tempore viuit. Mulier enim que sub viro est: viuente viro vincta est legi. Q̃d si mortuus fuerit vir eius: liberata est a lege viri. Ergo viuente viro adultera est: si duxerit aliũ virum. Et in alio loco: Mulier alligata est quanto tempore viuit vir eius. Si autez dormierit vir liberata est: cui vult nubat tm̃ in domino. Oẽs autez cautiones apostolus amputans: apertissime diffiniuit: viuente viro adulteram esse mulierẽ: si alteri nupserit. hec ille. Item ibidẽ. Nolo mihi raptoris proferas violentiaz: matris persuasionẽ: patris auctoritatẽ: propinquorũ cateruam: seruorũ insidias: parentũ cõtentũ dãna rei familiaris. Quãdiu nãq; viuit vir: licz adulter sit: licz sodomita: licz flagitiis oibus coopertis sit. Et ab vxore propter h̃ scelera derelictus: maritus est reputandus: cui alterũ marituz non accipere licet. Non hoc apostolꝰ propria auctoritate decreuit: sed xp̃o in se loquente: xp̃i verba sectatus est: qui ait in euangelio: Qui dimitrit vxorẽ suam excepta fornicationis causa: facit eam mechari: et qui dimissam accipit adulter est: siue ipsa dimiserit virũ: siue a viro dimissa sit adulter est qui eam acceperit. Unde ⁊ apostoli grauem cõiugij sarcinam intelligentes: si ita est inquiunt: nõ expedit homini vxorẽ accipere Ad quod dominus: Qui potest inquit accipere: capiat. Statimq; sub exemplo triũ eunuchorũ virginitatis infert beatitudinẽ: que nulla carnis retinetur lege. hec ille. Sed hic queritur vna ad ꝓpositũ questio. si vir mortuus vere per miraculũ suscitaretur: deberet

reuerti cum eadem vxore:⁊ econuerso. Vi-
detur enim ꝙ sic : ad Hebre.xi. Acceperunt
mulieres ex resurrectiõe mortuos suos. Ad
hoc dicit Ricar.in.4.dis.27.arti.2.q.4. Et
Henricus d̓ gandauo ĩ quolibet. Q̄d̓ si al-
ter coniunx mortuus resuscitaretur:aliꝰ non
tenetur ipsum recipere:quia per mortis vin
culum fuit solutum: ⁊ ideo dicit vite. Unde
apostolus ṗme ad Corin.7. Mulier alliga-
ta est legi:quanto tempore vir eius viuit : ꝙ
si dormierit vir eius liberata est a lege viri.
Ad illud autem quod dicitur ꝙ mulieres ac
ceperunt de resurrectione mortuos suos: di
citur ꝑ mortuos nõ solum intelligi maritos
eorũ:sed filios alios amicos suos:quos recu
perauerunt. Aut si intelligitur ꝙ acceperunt
maritos suos:hoc fuit per nouũ consensum:
⁊ nouũ matrimoniuꝫ. Cape ergo ⁊ resume :
quia matrimoniũ est vnius ad vnã:non in-
ter propinquos: neqꝫ est solubile in presenti
vita. Et hoc contra fornicatores dimittẽtes
vxores:⁊ adherẽtes alijs. Rogemꝰ ergo ⁊c̄.

¶ Feria quarta post quartã dominicã qua-
dragesime de honestate matrimonij : quare
est licitũ ⁊ meritoriũ. Sermo.50.

FAciam ut in
preceptis meis ambuletis:⁊
iudicia mea custo. Ezech.36.
ca.⁊ in prophetia hodierna.
Volentes tractatũ de ma-
trimonio inceptũ debito ꝓsequi. Postq̄ȝ vi
dimꝰ ṗmã partẽ.s.eiꝰ institutionẽ: ⁊ scd̓aȝ.s.
eiꝰ diffinitionẽ:sequit̄ videre tertiã.s. honesta
tionẽ. Et ꝓ exordio q̄rit̄: si matrimoniũ de-
beat ꝑ aliq̄ bona excusari:quo ad eiꝰ actũ car
nalẽ:quia videt̄ de se inhonestus:verecũdus
⁊ inexcusabilis. Respondetur ẜm Ricar.in
4.dis.3i.arti.j.q.j.ꝙ sic. Ratio recte docet nõ
ẽẽ aliqd faciẽdũ ab homine quo patiatur ia-
cturã:nisi pro recompensatione equalis bo-
ni:ut si perdat in vno:lucretur equiualens in
alio: vel etiam magis. Sed in contrahendo
matrimoniũ homo se obligat se saltem im-
plicite ad carnalem copulã sub conditione.s.
si alter coniunx exegerit. Quapropter ratio
iacturã patitur ad sui vsum:quia in illo actu
impeditur vsus rationis. Unde phus.7.lib.
Ethico.ca.8.dicit de venere.ꝙ furatur intel
lectũ sepissime sapientis:homo ergo contra-
hendo matrimoniũ obligat se ut dictum est
ad patiendũ iacturam quantũ ad vsum ra-
tionis. Existentes etiã in matrimonio iactu
ram patiuntur:propter sollicitudinẽ ⁊ carnis
tribulationem. Unde apl̓s ṗme ad Corinth
7. Tribulationẽ carnis habebũt huiusmodi
Et ideo debuerũt esse bona:predictas iactu-
ras recompensantia. Et hec sunt illa que cõ
cubitum matrimonialem excusant:⁊ reddũt
ipsum honestum. Sed que sunt ista dic mi-
hi. Tria sunt ẜm Augu.in libro de bono cõ-
iugali. Et habentur a magistro in.4.dis.3i.
Et.27.q.2.omne itaqꝫ.s.proles : fides: ⁊ sa-
cramentuꝫ:quorũ sufficientiam determinat
dominus Bona.in.4.di.3i.art.j.q.2. Ricar.
idem distinguens. Q̄d̓ sicut duplex est boni
tas creature:quedam essentialis:⁊ quedã ac
cidentalis. Sic est matrimoniũ. Quoddam
bonũ essentiale: quod in hec tria supradicta
diuiditur. Quoddaꝫ accidentale. Et illud est
multiplex ⁊ indefinituꝫ:sicut pax: concordia:
amicitia:parentela:⁊ multa alia que ex ma-
trimonijs proueniunt. Numerus auteꝫ bo-
norũ essentialiũ in matrimonio potest acci-
pi:aut ex parte cause matrimonij:aut effectꝰ:
aut nature ipsius boni. ¶ Primo modo sic
ut supra ostensum est. Ad matrimoniũ incli
nat natura ut vir coniugatur cũ muliere ad
consumationem speciei ipsius nature. Et sic
est bonũ prolis. Et ratio recta ut vir cuꝫ sua
⁊ non cum alia muliere : ⁊ econuerso. Et sic
est bonũ fidei. Et ius diuinũ quod ipsum ad
significandũ instituit. Et sic est sacramentuꝫ
siue bonũ sacramenti. ¶ Secundo modo sic
in matrimonio est tria considerare.s.vincu-
lum:⁊ vsum vinculi:⁊ fructũ ad quem ordi-
natur vsus rationis. Ratione primi bonum
matrimonij est sacramentũ. Quo ad secũdũ
bonũ fidei. Quo ad tertiuꝫ proles. ¶ Tertio
modo sic ẜm phm.8. Ethico.ca.2. Bonũ di-
uiditur in delectabile:vtile ⁊ honestũ. Dele-
ctabile in matrimonio est bonũ fidei: non lo
quor de delectatiõe carnali:quia illud est ac
cidentale bonum:sed delectatione que est in
hoc ꝙ vnus gaudet ꝙ alius sibi seruet fideꝫ:
⁊ econuerso. Utile est bonuꝫ prolis. Hone-
stum bonũ sacramenti:que per appropriati
onem tamen dicta sunt:quia in quolibet pre
dictorũ potest inueniri aliquo modo rõ dele
ctabilis:vtilis: ⁊ honesti. Patet ergo q̄ sunt

bona facientia matrimoniū bonū: ⁊ honestū
Sed ut clarius videatur de honestate matri
monij tres cōclusiones annotamus.
¶ Prima vocatur gratū faciens.
¶ Secunda vocatur licens.
¶ Tertia vocatur merens.
¶ Pars prima huius sermonis in qua de-
claratur ꝙ in contractione matrimonij con
fertur gratia sicut in alijs sacramentis.

C Irca primā conclusionē determinat
Ricar. in. 4. dis. 26. arti. 2. q. 3. ꝙ con-
trahentibus matrimoniū digne cō
fertur gratia gratūfaciens: non solum gratis
data. Nam sicut natura nulli cōfert aliquā
potentiā: quin etiam conferat si potest dispo
sitionem necessariā ad idoneam executionē
actus illius potentie: ut patet. Quia si natu
ra dedit potentiā riddendi: dat etiam dispo-
sitionem necessariam ad ridenduȝ. Sic ipse
deus conferendo alicui aliquaȝ potestatem:
per sacramenti susceptionē: simul confert dis
positionem necessariā ad idoneā executionē
actus potestatis illius. Per sacramentū aūt
matrimonij datur ex diuina institutiōe ma
trimoniū contrahentibus potestas: ut vnus
vtatur alio ad procreationē prolis: ⁊ ad con-
cupiscētie remediū: cuius potestatis actꝰ exe-
qui non possunt idonee ⁊ digne: sine gratia
gratum faciēte. Quia nemo potest peccatuȝ
cauere sine gratia: nec mereri: in matrimo-
nio autem cauetūr peccatum ⁊ meretur ali-
quando: ut patebit infra: ergo in susceptione
ipsius confertur gratia qua actus matrimo
nialis potest fieri deo gratus ⁊ placabilis: ꝓ
pterea dicitur sacramētū est inuisibilis gra-
tie: visibilis forma. Sacramētū ergo figurat
gratiam: sed sacramēta noue legis efficiunt
quod figurant: et sacramentū matrimonij ē
sacramentum noue legis: in ipso ergo con-
fertur gratia. ¶ Sed ad maioreȝ declaratio-
nem arguitur sic: Per susceptionē cuiuslibet
sacramenti cum quo confertur gratia: mi-
nuitur morbus cōtra quem est: sed carnalis
ꝯcupiscentia cōtra quā est matrimoniū: ipsū
nō minuitur: sed augetur. sicut dicit phus. 5.
Ethico. ca. vltimo. Concupiscentie operatio
auget conatū: ergo videtur ꝙ non conferat
gratia in matrimonio. Dicēdū ad hoc ꝙ ꝑ
matrimoniū reprimitur concupiscētia in sua
radice per gratiam que confertur in matri-
monio excludit etiā turpitudo: q̄ sine matri-
monio esset in carnali copula. Et ꝑ illū actū
ab alijs pessimis corruptelis retrahit: ꝓpter
qđ dicit apl's ꝑme ad Corinth. 7. Meliꝰ est
nubere q̄ȝ vri. Dic g̊ ad auctoritatem phi ꝙ
q̄ȝuis opatio ꝯcupiscētie si nō est rōne ordi-
nata augeat conatū: tn̄ qn̄ est ordinata rōne
reprimit eiꝰ excessum: q2 actus disponunt ad
similes habitꝰ: actus ergo carnalis inordina
tus disponit ad augmētū cōcupiscentie: ordi
natus autē disponit ad repressionē ꝑ gratiā
Ad h̄ instatur sic: Per susceptionē cuiuslibȝ
sacramenti cum quo cōfertur gratia cōfigu-
rat homo aliquo modo xp̄o ꝓ illo statu quo
passus est ꝓ nobis. Alias eni nō dicerentur
sacramēta habere efficatiā a passione eiꝰ: sed
matrimoniū in nullo representat xp̄i passio-
nē: cū in matrimonio sit delectatio maxima
⁊ passio xp̄i maxime fuerit afflictiua: ergo vi
detur ꝙ nō cōferatur gratia. ¶ Dicas ergo
ad hoc ꝙ q̄ȝuis matrimoniū nō ꝯformetur
passioni xp̄i quātū ad penā: ꝯformatur tn̄ ei
q̄ȝtū ad illius passionis causam: q̄ causa fuit
charitas: q2 ꝓpter nimiā charitatē suā q̄ di-
lexit nos pati voluit: ut ecclesiā sibi assume-
ret in sponsaȝ. quā charitatē representat ho-
nesta delectatio nubentiū. Illi tn̄ qui ad one
ra matrimonij respiciūt forte dicerēt: ꝙ q̄ȝtū
ad aliqua representat passionis xp̄i penam:
multe eni sunt tribulationes in matrimonio
Unde aplus ꝑme ad Corinth. 7. Tribula-
tiōes tn̄ carnis habebūt huiusmodi. Si ma
gis instetur. d. O ē sacramētū in quo cōfert
gratia cōtra aliquē morbū debet suscipi ab
oibꝰ participātibꝰ illū morbū: sed oēs in sta-
tu nature lapse habēt de lege coi morbū car
nalis cōcupiscētie: ergo oēs viri ⁊ mulieres
deberēt matrimoniū cōtrahere: qđ falsū est
Dic ergo ad hoc ꝙ argumētū bn̄ ꝯcludit si
ꝯtra concupiscentiā nō posset alia medicina
efficacior inueniri: vacare aūt operibꝰ spūali-
bus: ⁊ carnē per pniaȝ macerare: multo effi-
catiora remedia sunt cōtra morbū ꝯcupiscē
tie: q̄ȝ matrimoniū. Vn̄ Hiero. de. xlij. man
sionibꝰ filiorꝝ isrl' d. Vide qđ ꝓsunt frena: a
vitijs nos retrahūt: introducūt ad virtutum
choros: in xp̄o monte pulcherrimo habitare
nos faciunt. hec ille. Propter hoc hortabat
Rusticū fugere cōsortiū ⁊ domū maternaȝ:
in epistola ad Rusticū. Si scādalizat te ocu-
lus tuus: pes: manus tua: proijce eam: nulli

parcas: vt soli pcās aie. Qui viderit mulierē ad concupiscendū eam: ait dn̄s iam mechatus est eam in corde suo. Quis gloriabitur castum se habere cor? Astra celi non sunt munda in conspectu domini: quanto magis homines: quorū vita tentantio est: vbe nobis qui quotiens concupiscimus: totiens fornicamur. Inebriatus est inquit gladius meus in celo: mlto amplius in terra: que spinas ꝛ tribulos generat. vas electiōis in cuius ore xp̄s resonat: macerat corpus suum: ꝛ subijcit seruituti: ꝛ tamen cernit naturalem carnis ardorem sue repugnare sententie: vt quod nō vult: h agere compellatur: ꝛ quasi vim faciēs vociferatur: ꝛ dicit. Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius: ꝛ tu te arbitraris absq; lapsu ꝛ vulnē posse transire nisi omni custodia seruaueris cor tuum: ꝛ cū saluatore dixeris. Mater mea ꝛ fratres mei hi sunt: qui fecerunt voluntatem patris mei qui in celis ē. Crudelitas ista pietas est: imo quid tam pium sancte matri: q̄z sanctuz filiū custodire optat ꝛ illa te viuere ꝛ non videre ad tempus: vt semper cum Christo te videat hec ille. Vacare etiam lectioni ꝛ contemplationi: est remedium optimum. vnde Hieronimus in eadem epistola dicit. Volo autez te ꝛ ꝑpter causas quas supra exposui: nō habitare cuz vxore: ꝛ precipue ne aut delicatos offerentem cibos: renuendo contristes. Aut si acceperis: oleum igni addicias. Et inter frequentiam puellarum per diem videas: quid noctibus cogites. Nunq̄z de manibus ꝛ oculis tuis liber recedat psalterium discatur ad verbum. Oratio sine intermissione: vigil sit sensus: nec vanis cogitationibus patēs. Corpus pariter animusq; teneatur ad dominuz. Iram vince patiētia. Ama scientiam scripturarum: ꝛ carnis vitia non amabis. Nec vacet mens tua varijs perturbationibus: que si pectori insederint: dominabuntur tui: ꝛ deducent ad delictum. Fac ꝛ aliquid operis: vt diabolus semper te inueniat occupatum. hec ille. Vacare etiaz labori manuum remedium est: vt Hieronymus ibidem. Egyptiorum monasteria hunc moduz tenent: vt nullum absq; labore ꝛ opere suscipiant: nō tam propter vite necessaria: q̄z propter anime salutem: ne vagetur mens perniciosis cogitationibus. Et instar fornicantis hierusalē omi transeūti diuaricet pedes suos: dum essez iuuenis ꝛ solitudinis me deserta valarent: incentiua vitiorum ardoremq; nature refrenare non poteram: que cuz crebris ieiunijs frāgerem: mens tamen cogitatiōibus estuabat ad quam edomandam cuidam fratri: qui ex hebreis crediderat me in disciplina dedi: vt post Quintiliani acumina: Ciceronisq; fluuios: grauitatemq; frontonis: ꝛ lenitatem Plinij: alphabetum discerē: stridentia anhelantiaq; verba meditarer. Quid ibi laboris sumpserim: qd sustinuerim difficultatis: quotiens desperauerim: quotiensq; cessauerim: ꝛ attentionez discendi rursus inceperim: testis est conscientia tam mea passus: q̄z eorum q mecum ducere vitam: ꝛ gratiā ago domino qui de amarissimo semine litterarū dulces fructus capio. hec ille. Ex his habetur corelarium ꝙ contrahentes matrimonium debēt esse sine peccato: vt possint recipere: vt pz ꝛc. ꝛ sic patet ꝑma pars.

¶ Pars scd̄a huius sermonis in qua declaratur ꝙ actus matrimonij carnalis est licitus.

Secunda conclusio vocatur licens. s. ꝙ matrimonium quantum ad actuz carnalem est licitum: que probatur sic per Ricar. vbi supra. q. j. Declaratum enī est superius ꝙ ad matrimonium inclinat nō tm̄ natura generis: sed etiam natura speciei: non tm̄ per compositionem ad secundarium eius finem qui est mutuum obsequium seu mutua subuentio in rebus domesticis. Sed etiam per comparationem ad principalē ei⁹ finem qui est procreatio liberorum. Cū aūt naturalis ratio a deo sit instituta: q̄uis i aliquo per peccatum offuscata. Impossibile est ipsam inclinare ad aliquod quod sit ꝓm seipsum vniuersaliter illicitum. Si adhuc ergo natura inclinat: videtur licitum esse. Preterea matrimonium est a deo institutum: vt visum est. Deus autem nihil instituit i quo implicetur obligatio ad aliquid illicituz. Cū ergo in matrimonio sit obligatio ad coniugalem concubitum: altero coniugum hoc petente: loco ꝛ tempore debitis: actus coniugalis fieri potest licite. vnde Paulus ꝑme ad corin. 7. Si nupserit virgo non peccauit.

¶ Scd̄o probatur sic. Actus quo impletur preceptum potest fieri sine peccato ꝛ est licitus: sed actus matrimonij est huiusmodi. nā ꝑme corin. 7. Vxori vir debitum reddat: et

ſimiliter vxoꝛ viro. Preterea quicquid pōt
fieri ſine peccato poteſt fieri licite ⁊ virtuoſe:
ſed homo poteſt nubere ſine peccato: ⁊ ꝑ con
ſequens actui matrimonij ſe obligare. ſcribi
tur enim ꝑme coꝛ.7. Virgo non peccat ſi nu
bat. ¶ Tertio idem pꝛobatur ſic: nihil cadit
ſub conſilio dando perſone quãtumcũq; in-
firme: niſi quod poteſt fieri licite ⁊ ſine pecca
to: quia dicere aliquod factum in eccleſia au
tenticum per ſacramentum cuius actus non
poteſt fieri virtuoſe: nihil aliud eſt ꝙ̄ ſacr̄m
eccleſie dãnare: ſed ſub conſilio dicitur perſo
nis infirmis que viduitatem ſeruare nō pñt
ꝑme Thi.5. Adoleſcẽtioꝛes viduas volo in
Chriſto nubere ⁊c̃. ergo patet pꝛopoſitum.
¶ Sed ſi contra arguitur ſic. Non eſt licitũ
homini ſe pꝛiuare vſu rationis: nec ſimplici-
ter: nec ad tempus: ſed in actu coniugali pꝛi
uatur homo vſu rationis. vnde phus.7.ethi.
c.8.d. de venere ꝙ furatur intellectum ſepiſſi
me ſapientis: ergo eſt illicitus iſte actus. Di
cas ꝙ immo aliquãdo l3 homini ſe ꝓuare vſu
rationis: quãdo illa pꝛiuatio rationis ẽ quaſi
momentanea ⁊ pꝛeoꝛdinata a ratione ad ma
gnum ſpirituale bonum ⁊ ex auctoꝛitate di-
uina: ⁊ talis eſt pꝛiuatio vſus ratiōis in hoīe
per coniugalem concubitum: pure ⁊ directe
oꝛdinatum ad reddendum debitum. ¶ Si
etiam dicatur ꝙ nihil indiget excuſatione ni
ſi peccatum. Sed actus coniugalis indiget
excuſari per bona coniugij ſm̄ ꝙ dicit magr̄
in.4. diſtin.26.c.j.⁊c̃. Dicas ꝙ tm̄ dicit̃ car-
nalis concubitus excuſari per bona matri-
monij: quia extra matrimonium ſemper eſt
peccatum. Et in matrimonio poteſt fieri ſi-
ne peccato. vnde idem actus in matrimonio
non eſt pꝛius peccatum ⁊ poſtea fit non pec-
catum per bona coniugij. Cape ergo iſtam
concluſionem ⁊ tene ꝙ eſt licitus actus ma-
trimonij. vnde Aug.14. de ciui. dei.c.18. Con
cubitus coniugalis qui ſm̄ matrimonialiu3
pꝛeſcripta tabularum fit cauſa pꝛocreandoꝛũ
liberoꝛum licitus eſt ⁊ honeſtus.⁊c̃. Hinc eſt
ꝙ dominus Bonauentura in.4. diſt.31. arti.
2.q.j. dicit. ꝙ quidam eſt actus qui dicit de-
oꝛdinationem mentis ad deum: vt idolatra-
re: ⁊ periurare: ⁊ ille ẽ malus ⁊ moꝛbidus ſ3
ſe: et nullo modo poteſt fieri bñ: nec diuino
mandato: nec aliter. Quidam autem qui di
cunt deoꝛdinationẽ creature ad creaturam: ſi
ue vnius ad alteram: ſiue eiuſdem ad ſe: ⁊ ille
quia non habet eſſentialem deoꝛdinatione3
poteſt per diuinum imperium oꝛdinari: vtpo
te cum deus pꝛecipit occidere hominem: cu3
eccleſia pꝛecipit rem alienam accipere: ſicut
etiam cum inſpirat ſeipſum occidere: Sicut
Sanſon in quo irruit ſpiritus domini. Jud.
16. per hunc modum oꝛdinat coitum cu3 mu
liere: que non erat ſua vxoꝛ. ſ. per dei manda
tum. Sed quoniã actus coniugalis nō om̄i
bus debebat ꝑcipi: vt patebit inferius. Pro
uidit diuina diſpenſatio iſtam deoꝛdinatio-
nem oꝛdinare: non per mandatum: ſed per
aliquod ſtatutum vt volentes copulari copu
larentur in matrimonio: ad cõcupiſcentie re
medium: ⁊ hoc poſt peccatum vt dictum eſt:
quia ante non erat in illo actu aliqua deoꝛdi
natio. Et ideo quia habet rationem medici-
ne excuſat. Exemplum de hebꝛeis: quibꝰ pꝛe
ceptum fuit vt vaſa egyptioꝛum aſpoꝛtarent.
Et ſic pꝛopter pꝛeceptum eſt facta aſpoꝛtatio
bona: que aliter fuiſſet mala. Et ideo ſancti ⁊
catholici omnes dicunt: coitum per ſacramẽ
tũ matrimonij excuſari a culpa moꝛtali: du3
ſtent tamen in terminis matrimonij: vt iſra
videbitur. Sed de raro excuſandi: eſt opinio
duplex: qm̄ quidam voluerunt dicere: ꝙ excu
ſatur a culpa moꝛtali: ſed non a veniali. Alij
dixerunt. ⁊ h̄ videtur ſentire Auguſtinꝰ quia
cum dominus perfectum det remedium cõ-
tra moꝛbum: ꝙ quãdo gratia pꝛolis fit coitꝰ
poteſt eſſe ſine omni peccato: ⁊ hoc eſt magr̄
cõſonum rationi ⁊ pietati fidei. Patet ergo
per pꝛedicta: ꝙ actus matrimonij eſt licitus:
⁊ poteſt fieri ſine peccato: quãdo fit cauſa ꝓ-
creande pꝛolis ⁊ reddendi debitum: ꝙ̄uis ſit
difficile ꝙ non interueniat ſaltem veniale: tñ
quomodocũq3 licitus eſt. patet ergo conclu-
ſio ⁊ ſcd̄a pars ſermonis.

¶ Pars tertia huius ſermonis in qua de-
claratur ꝙ actus matrimonij aliquando eſt
meritoꝛius.

Tertia concluſio eſt Ricar. in.4. diſt
26. articu.2.q.2. di. ꝙ actus matrimo-
nij eſt meritoꝛius aliquando. Et pꝛo
batur ſic. Omnis actus pꝛocedens ex volũ-
tate deliberatiua: Aut eſt ſm̄ rationem: aut
pꝛeter rationem. Si ſm̄ rationem eſt virtuo
ſus. Si pꝛeter rationem eſt vitioſus. vnde
Dam̄. lib.2.c. vlti. Manentes in eo qd̄ ſm̄
naturam eſt in virtute ſumus declinãtes ex
eo ꝙ eſt ſm̄ naturam: ex virtute ad id quod

preter naturam est deuenimus: ⁊ in malitia sumus: ⁊ vocat ibi naturam naturale iudiciū rationis inclinans ad virtutem. Cum ergo cōcubitus coniugalis possit procedere ex deliberatiua voluntate: absqȝ hoc ꝙ sit virtuosus: quia vt habetur in precedenti parte: licite potest fieri: potest esse virtuosus ⁊ ex consequenti meritorius: quia quicquid potest fieri virtuose potest fieri meritorie ab existente in gratia: quia nihil plus requiritur ad actum meritorium: nisi ꝙ existens in gratia operetur seruatis debitis circūstantijs virtutis: puta ꝙ fiat quādo oportet: ⁊ sic oportet: ⁊ ad debitum finē: sed actus matrimonialis fieri pōt ab existente in gratia cum his circūstātijs. vnde. 33. q. 5. c. Si dicat. dicitur redde debitū

si non exigis redde pro satisfactione pfecta deus tibi computabit: si non quidē tibi debetur exigas: sed reddas quod debetur vxori hec ibi. Et magister in. 4. distinc. 33. dicit. ꝙ vero castitas virginalis non preferatur i merito coniugali castitati Abrahe. Augu. ondit. inquiens: sicut h videtur ꝙ etiam in matrimonio pari voluntati patiuntur ⁊ non pati par premium debeatur: sicut non est impar meritum patientie in Petro qui passus est: ⁊ in Joāne qui passuns nō est: sic non est in par continentie meritum in Joāne qui nullas expertus est nuptias: ⁊ in Abraam qui filios genuit. Nam illius celibatus: ⁊ istiꝰ cōcubitus pro temporuȝ distributione Christo militauerunt. hec ibi. Et Hieronymus vt habetur ibidem. ⁊. 32. q. 4. c. quis ignoret. sub alta dispensatione dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti: cuius nunc christiani sunt: quomodo Abraam ante placuit in coniugiū: sic modo virgines placent in castitate. Sed ad clariorem intelligentiam sciendum est ꝑm Ricar. vbi supra. ꝙ concubitus matrimonialis: aut fit directe ⁊ tm̄ causa reddendi debitum: Aut procreandi liberos ad cultum diuinum: ⁊ sic est actus virtutis: ⁊ ex consequenti meritorius: sicut probant argumenta ad partem istam. Aut causa fornicationis vitande: seu propter remedium carnalis concupiscentie. Tunc autem ꝑm ipsum: non ibidem: sed infra. dist. 32. ar. 3. q. j. ⁊. 2. Et Bona. ibidem arti. 2. q. 2. Aut est causa vitande fornicationis in se: aut in altero. Si in altero vt reddat debitum: hoc est pure iustitie. Et hoc est meritum: vt dictum est. Si in se ⁊ existēs infra limites matrimonij: peccat venialiter: ⁊ non meretur: sed est permissuȝ in remediū: quia aut pulsatur a carne: aut si non pulsat: ex quo non vult procreare prolem: nec reddē debitū: est ibi aliqua superfluitas: ⁊ ideo peccat. Aut facit causa satiande libidinis. Et videbitur infra quādo tractabimus de deordinatione matrimonij. Conclude ergo ꝙ ē meritorius in duobus casibus: causa reddendi debitum ⁊ procreande prolis. Sed quid dicis? responde ad hoc argumentum magister dist. 26. c. j. di. ꝙ si nō peccassent primi hoies coitus eorum bonus esset ⁊ remunerabilis. In quo implicare videtur: ꝙ modo non sit remunerabilis: ergo concubitus coniugalis nō est meritorius. Dico ꝙ si primi hoies nō peccassent quilibet eoruȝ coitus fuisset remunerabilis. Et sic intelligit magister. modo āt non sic est. quia aliquis est remunerabilis: et aliquis non. ¶ Sed quid respondes ad hoc argumentum. Nam phus habet. 2. ethicoꝝ c. 3. semper virtus est circa bonum ⁊ difficile Sed concubitus coniugalis nō est difficilis: sed delectabilis: ergo nō est virtuosus: sȝ nullus est actꝰ meritorius nisi sit virtuosus ꝰ ⁊c. Dico ꝙ actus coniugalis licitus ⁊ bene ordinatus q̄uis habeat delectationem annexā ex parte operantis: habet tamen difficultatē ex parte sui: quia in delectatiōibus ꝑm tactū valde difficile est tenere medium. Si dicas etiam dimittere illud quod est meritoriū nō est laudabile: sed laudabile est dimittere matrimonium propter castitatem virginalē vel vidualem: ergo actus matrimonialis nō est meritorius. Dicitur ꝙ laudabile est dimittē minus meritoriuȝ pro magis meritorio. Et q̄uis aliquis actus coniugalis sit meritoriꝰ tamen obseruando castitatem virginaleȝ vł vidualem est meritorium magis. patet ergo quomodo matrimonium est honestum: quia confertur gratia: quia licitum: quia meritorium. Sed iuxta ista queruntur tria parua dubia. Primum si matrimonium fuit in precepto ante peccatum. Scd̄o si pꝰ peccatum. Tertio si omnes obligantur ad illud preceptum. ¶ Primum dubium oritur ex contradictione. Nā magister dicit in. 4. di. 26. c. 2. ꝙ prima institutō matrimonij habuit preceptū Sed contrariatur huic rationi. Nam phus 2. de anima dicit. ꝙ multiplicatio indiuiduorum in eadem specie est propter conseruatio

nem speciei. Sed ante peccatum species poterat conseruari in vno indiuiduo: q̄ nō erat necessitatis corruptioni subiectum: ergo copula matrimonialis non fuit in precepto ꝓ statu ante peccatuȝ: ergo ꝛc̄. ¶ Respondet Bo. in. 4. distinc. 26. arti. j. q. 3. Et Ricar. ibidem arti. 3. q. j. q̄ deus hōmini ante peccatum triplex dedit preceptum. Vno discipline pertinens ad profectum gratie. Cū dicitur vt habetur Geñ. 2. De ligno scientie boni ꝛ mali ne comedas. Alterum pertinens ad conseruationem nature. Cum dicit eccle. c. De omi ligno paradisi comedas. Alterum pertinēs ad multiplicationem indiuiduorum speciei humane: propter impletioneȝ numeri electorum. vt habetur Geñ. j. dicit. Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ replete terram. Et ideo fuit añ peccatum in precepto. Quia tū fuit preceptū affirmatiuum non obligabat: nisi pro loco et tempore. Et ideo non fuerunt transgressores precepti istius: q̄uis nūq̄ i paradiso fuerunt carnaliter copulati. Ratio autem quare in paradiso non coierunt potest assignari tripliciter. Vna quia satis cito post formationem mulieris facta est illa trāsgressio: ꝓpter quā de paradiso electi sunt. Alia quia determinationem temporis quo coire inciperent expectabunt ab auctoritate diuina. Et h̄ due rationes tangūtur ab Augustino sup Geñ. Tertia additur a Ricar. quia fuit tam modica mora q̄ nondū erat in eis supfluitas cibi triptita digestiōe digesti: que ē seminis mā: vt volunt doctores in. 2. Dicas ergo ad argumentum in contrarium. q̄ ibi phus nō tāgit totam causam multiplicationis indiuiduorum: sed partem. Alteram partem que ē impletio numeri electorum non tangit: quia ad propositum suum non pertinebat: vel forte quia eam ignorabat. ꝛ sic patet primum. ¶ Scdm etiam dubium oritur ex ipsa contradictione. Nam primo videtur q̄ non fuit in precepto post peccatum. Non enim est licitum alicui vouere aliquid contra preceptū. Sed glo. super illud Luc. j. dicit. Quoniam virum non cognosco. Ecce tangit q̄ ipsa vouerat castitatem: ergo propositum. Quod videtur confirmare magister in. 4. distinc. 26. c. 2. di. q̄ scda institutio habuit indulgentiam que fuit post peccatum. Sed quod indulgeť non precipitur. Sed contrariatur ratio magis fuit necessario matrimonium post peccatum: quia ante peccatum non fuit nisi in officium: post peccatum vero ꝛ in officium: et in remedium: ergo cum fuerit in precepto añ peccatum: multo fortius post peccatum. hinc est quia etiam filijs Noe post peccatuȝ dcm̄ est Geñ. 9. Crescite ꝛ multiplicamini ꝛ reple. terram ꝛc̄. Respondit Ricar. in. 4. distin. 26 arti. 3. q. 2. q̄ matrimonium post peccatum fuit in officium: ꝛ in remedium. Quo ad p̄mū fuit in precepto etiam post peccatū quousq̄ facta fuit sufficiens multiplicatio fidelium ad cultum dei. Et quia tot fuerunt vacantes illi operi: melius erat aliquos manere in castitate virginali: vel viduali q̄ȝ omnes copule matrimoniali tradere. ¶ Quo ad scdm autem Nunq̄ȝ fuit in precepto: quia vt dictuȝ est superius per textum Hieronymi. Morbū carnalis concupiscentie efficatius possunt hoies temperare per exercitium: meditationum: ꝛ affectionum spiritualium: ꝛ degustationum celestium: ꝛ macerationum corporum: q̄ȝ per matrimonialem concubitū. vnde dicit Ber. ad proprios parentes. Gustato spiritu necesse est decipere carnem affectanti celestia terrena non sapiunt: eternis inhabitati fastidio sunt transitoria. Et sm̄ istam distinctionem concordant argumenta. ¶ Ad primum ergo dic. q̄ tēpore virginis Marie iā facta erat sufficiens multiplicatio ad diuinum cultum. Et ideo iam matrimonialis copula nō erat sub precepto. vnde nec Joānes baptista contraxit matrimonium: vel potest dici q̄ p̄uilegiate persone vt beata virgo Jo. baptista erant ab isto precepto per diuinam dispensationem secretam exempti. ¶ Ad aliud de magistro quod indulgetur non precipitur: dicas q̄ indulgetur. Inquātum est in remedium precipitur. Inquātum est in officiū: ꝛ sic bñ simul stant. ¶ Ad aliam partem dicas q̄ ꝓcedunt de matrimonio inquātum est in officium: ꝛ pro illo tempore quo erat modicꝰ numerus hoiuȝ colentium deū. Ex predictiſ aūt quasi pȝ r̄nsio triplici dubij. Si nūc est sub p̄cepto. dcm̄ est eni q̄ in tm̄ est sub precepto: inquātū est modicꝰ numerꝰ electorȝ ꝛc̄. Et quia nūc est multꝰ: ideo nō est sub p̄cepto: vt vult Bona. vt sup. ꝛ Ric. ibidem. q. 3. Et etiaȝ qa multi sunt vocantes: ꝛ tot matrimoniali copule: ideo expediens est vt multi remaneant in cōtinentia virginali ꝛ viduali: vnde Aug. in libro de bono coniugali ante medium.

Ita iam se se habet genus humanũ vt alijs qui se non ↄtinent:nõ solum per nuptias occupatis. Sed multis etiam per illicitos ↄcubitus luxuriantibus:bono creatore de malis facite qđ bonum est:vt non desit numerositas prolis ⁊ abundantia successionis: vñ sctẽ amicitie cõquirant. Si aũt dicat ꝙ preceptũ de iure nature semꝑ durat: sed matrimoniũ est de iure nature:ergo preceptum de matrimonio cõtrahendo adhuc durat. Dicit dñs Bonauen. vbi supra. ꝙ nãle iudicium rõnis quedam dictat vt semper facienda:vt semꝑ diligere proximũ. Et sic copula matrimonialis non est de dictamine iur̃ nãlis. Quedaꝫ dictat facienda pro loco ⁊ tpe. Et sic matrimoniũ est de dictamine rõnis nãlis. Si etiã dicat ꝙ preceptũ durat quousqꝫ reuocatur. Sed nusꝙ̃ in scriptura sacra inueniemus hꝰ precepti reuocationem. Dicas ẜm Ricar. ꝙ istud preceptũ satis reuocatum est per hoc ꝙ apl's ↄtinentiam virginalẽ ⁊ vidualem prefert matrimonio: vt pꝫ.j.ad cor.7. de virginibus preceptũ dñi non habeo. Consiliũ aũt do ⁊c̃. Et etiam per hoc ꝙ iam cessat causa: p̃ qua datum fuit istud preceptum. Ex his oibus sequit illud corelarium. ꝙ si redigeret mundus ad tam paruum numeꝝ hominuꝫ ꝙ quibusdã castitatem seruantibus alij non sufficerent ad multiplicationẽ hominum ad cultum diuinum:tũc matrimonialis copula omnibus illi actui vacare potentibus esset ꝑceptum. Tamen iam credunt tot saluati. Et ita sunt hoies per mundũ multiplicati: ꝙ sic dicit Aug. de bono coniugali ante medium. Si oẽs vellent continere ab omni concubitu de corde puro:⁊ ↄscia bona:⁊ fide non ficta: multo citius dei ciuitas compleret: ⁊ accelleraret finis seculi. Hinc est ꝙ Hieronymꝰ consulit castitatem vidualem magis ꝙ̃ virginalem in epl'a ad Celantiam de modo recte viuendi. di. Magni hoc animi signum: ⁊ perfecte virtutis indicium est. Renunciare subito experte voluptati fugere carnis notas illecebras:⁊ calentis adhuc etatis flãmas fidei ardore restinguere. ⁊ infra. Hoc magnuꝫ est sacr̃m arduũqꝫ iter est castitatis: sed magna sunt premia. hec ille. Item in epl'a consolatoria ad Saluinam de Nebridio ibi. Audiãt ħ mulieres que solicite sunt:quõ placeant viris comedant carnes:qui carnibus seruiunt quaꝝ feruor despumat in coitum:que ligate maritis generationi ⁊ liberis dant opã: quarum vteri portant fetus eaꝝ:⁊ intestina carnibus implent. Tu vero que in mariti tumulo sepelisti oẽs pariter voluptates:que litam purpurisso ⁊ cerusa faciem suꝑ feretrum ciꝰ lachrymis diluisti: que pullam tunicam nigrosqꝫ calceolos:cãdide vestis:⁊ aurati socci depositiõe sumpsisti:nihil habes necesse aliđ nisi perseuerare in ieiunio palor ⁊ sordes gẽme tue sint plumaꝝ molities iuuenilia membra non foueant balneaꝝ calor nouũ adolescentie sanguinẽ non incendant. Audi quid ex persona vidue cõtinentis ethnicus poeta decantet. Ille meos ꝓmus qui me sibi iũxit amores. Abstulit:ille habeat secum:seruetqꝫ sepulchro ⁊c̃. Hec de honestate matrimonij dicta sufficiant: igitur ⁊c̃.

¶ Feria qnta post quartam dñicam in quadragesima de modo seruando in matrimonio contrahendo. Sermo. 51.

Accingere lũbos tu. 4. Reg. 4. et in ꝓphia hodierna. In ordine tractatus nostri sequit de matrimonij modificatione ꝓcedere Ad cuius declarationẽ queritur. Quare sacr̃m hoc vocatur nomine mr̃imonij. Rñdet ẜm Ric. in. 4. di. 27. ar. j. q. j. Et Bona. ibidem. q. 2. Ex hoc aliq voluerunt dicere ꝙ istud vinculum seu cõiunctio: nec denoiatur a patre:nec a matre. Sed cuꝫ sit vinculum vnũ denoiatur ab vtroqꝫ vnitũ Et qm̃ pater ⁊ mater siue vir ⁊ mulier vniuntur:vt sint vna materia prolis. Ideo hoc sacr̃m matrimoniũ appellat:non a matre:sꝫ a materia amonos qđ est vnum:⁊ in matrimonio vnũ quasi vna materia. Sed lꝫ hoc videatur benedictum tñ ↄtra Isidoꝝ est. In 9. lib. ethimo. c. vlti. vbi dicit. ꝙ matrimoniuꝫ dicitur a matre:vnde ẜm ꝓdictos theologos ⁊ Asten. li. 8. ti. 7. ⁊ ipsuꝫ Isidoꝝ. nota ꝙ hoc sacr̃m vocatur ↄiugium ⁊ nuptie. Et matrimoniũ. ⁊ hanc triplicem denoiationẽ habet: ẜm triplicem ↄsiderationẽ. Põt enim considerari ẜm illud ꝙ est. j. ẜm essentiam eius q̃ est coniunctio:⁊ sic dicitur coniugium quasi cõe iugum:quia mutuũ est vinculũ: ⁊ mutua

potestas. Et h dicit Isidorus in.9.li.ethimo
Aut sm signũ.i.sm eius cãm que est solẽnis
desponsatio: et sic nuptie a nube: qr sm pdcm̃.
Isidoꝝ nuptie dicunt eo qr ibi pmũ nuben-
tium capita vellent: Aut sm fructũ vel effcm̃
ad quã pducit. Et qm̃ pducit ab bonũ prolis
ideo matrimoniũ appellat. Sed quare non
magis patrimoniũ dicit sm Bona. vbi sup
ꝙ bonum prolis magis per nomen matris
dat intelligi: qr mulier ppter liberoꝝ creatio
nem facta est: vnde facta est in adiutoriũ viri
Geñ.2. Et qr i procreatione prolis magis i
cumbit sibi labor. vnde nota ꝙ matrimoniũ
quattuor hẽt ethimologias sm nomẽ mr̃is.
Vno enim modo dicit matrimoniuz quasi
matris mos.i.lex. qr vt dicit Aug. ꝯ Faustuz
lib.19. Matrimoniũ ob hoc dictũ est: ꝙ non
ob alud debebat femia nubere nisi ad h vt
mater fiat. ¶ Scdo modo qr matrẽ monet
vt seruet fedus ꝯtra luxuriaz ꝯtra ꝙ dicitur
prouerb.2. Relinqt ducem pubertatis et pacti
dei. Et q̃uis hoc debeat etiam vir: tñ magis
exhortatur et monet mulier: qr inde maiora
mala et scandala: et inter nubentes discordie
proueniunt. ¶ Tertio qr matrẽ munit.i.defẽ
dit: tum per viruz: tum per prolem: qr mulier
indiget defensione. Isai.j. Defendite viduã.
¶ Quarto dicitur matris muniũ.i. officium
pro eo qd prolis nutritio et acqsitio maxime
spectat ad mulierem in cõcipiendo: et portan
do: in pariendo et nutriendo et compaciendo:
quia dum est in ventre matris nutritur mẽ
struo sanguine matris sue: postq̃ natus est:
nutritur lacte matris sue. Et postq̃ ablacta-
tus est adhuc per magnũ tempus incumbit
officium nutriendi ipsum matri. vnde sicut i
possessionibus dicitur patrimoniũ: qr caruz
patri incumbit onus et cum paterna solicitu-
dine acgruntur. Sic prolis acquisitio dicitur
matrimoniũ: et hoc sm Astẽ. est potissima in
ter oẽs ethimologias. Sed cur ista tam lon
go repetita pncipio: Quia ꝯsiderantes con-
iugatoꝝ statum paucos vel nullos: vt ita di-
cam contentos videmus de suo ꝯiugio. Qd
non ob aliam cãm esse credimus: nisi qr vt
plurimum nubũt ꝯtra ethimologias dictas
matrimonij: vt patet inspicienti. Quẽ errorẽ
extirpare desiderantes. In hac pte videbim⁹
matrimonij modificationem: vbi declarabit
qualiter et quõ debẽt iuuenes et virgines nu
bere: vt per totã illoꝝ vitam inter eos sit pax
concordia: consolatio: amicitia. O felix socie-
tas: o gaudium quãtũ: o felicitas terrena: vbi
talia reperiũt i matrimonij societate. vnde.j.
ad cor.7. Vocauit enim nos deus in pace.
Sed cape septem vt possis istam pacẽ ꝯseq.

¶ Prima vocatur diuina voluntas.
¶ Scda vocatur vtriusqz equalitas.
¶ Tertia vocatur parentum bonitas.
¶ Quarta in vtroqz probitas.
¶ Quinta vocat amboꝝ libera voluntas.
¶ Sexta vocatur manifestabilitas.
¶ Septima vocatur consilij maturitas.

¶ Pars pma huius sermonis in qua decla
ratur ꝙ matrimoniũ debet cõtrahi cum vo
luntate dñi et cum multis orationibus.

Prima regula vocatur diuina volun
tas. Si vis fili dilecte et filia cara bñ
nubere nube in dño.j.cor.7.i. cũ vo-
luntate dei et non diaboli. Sed quõ possum
eius voluntatem scire h modo. Primo ro-
ga deum: et per seruos dei rogare facias vt i
spiret te qd facere debeas.s. nubere vel ꝯtinẽ
vel religionem intrare: qr forte sic est volun-
tas dei. Ideo dicunt doctores ꝙ debet esse
spacium duoꝝ mensiũ post contractum ma-
trimoniũ ante copulã carnalem. ex de ꝯuer.
coniug.c. ex publico. vt sic possint ingredi reli
gionem si deus eis inspirauerit: qr ante car-
nalem copulam põt alter coꝝ ingredi alio ẽt
recusante. vnde dicit Magr in.4.di.27.c.6.
Et.27.q.2. desponsatam. Desponsatã puellã
non lz parentibus: alij viro tradere: tñ lz mo
nasteriũ sibi eligere. Et etiã ex de conuer. cõ.
voꝝ. vbi dicit textus. postq̃ ꝯsensuz legitimũ
de pñti licitum est alteri: altera etiã repugnã
te eligere monasteriũ. Ratio ãt quare possit
intrare alter eorum altero ꝯtradicente ante
copulam carnalẽ assignat per Ric in.4. dist.
27.ar.2.q.2. qr.s. in matrimonio non cõsuma
to nõ est nisi cõiunctio spũalis: et ideo p mor
tem spũalem: qr homo spũalr sclo moritur:
per hoc ꝙ in religione profitetur põt solui. h
etiam rõ tangit in.c. predicto. voꝝ de ꝯuersi.
coniug. vbi dicit ꝙ cum non fuissent vna ca-
ro simul effecti: satis põt vn⁹ ad deũ transire
alter in seculo remanere. Assignat aliã idez
doct. di. ꝙ matrimoniũ non ꝯsumatum: nõ
significat vnionẽ humane nature ad psonaz
filij dei: que est indissolubilis. Si dicas ergo
non est sacrm: qr non est sacre rei signũ: dic
ipse ꝙ significat vnionẽ aĩe ad deum p chari

tatem vie: non patrie. Nec illud Matth. 19.
Non lz viro nisi ob cāz fornicationis vxori
suam dimittere: aliter intelligendum ē: q̄ntū
de his quorū matrimoniū est carnali copula
ꝯsumatum. ex̄ de conuersi. ꝯiuga. ex publico.
Aduerte tñ ſm predictum doctorē vbi sup̄ i
rñsione. 2. arg. ꝙ alter remanēs in seculo nō
pōt nubere nisi facta ꝓfessione: qꝛ tunc tm̄ in
religione morit̄. Et sic tāq̄ȝ illo mortuo alter
pōt nubere. Post carnalē vero cōmixtionē
nō pōt alter cōiunx altero repugnare itrare
religionez. vnde apl's. j. ad cor. 7. Nolite frau
dare inuicem nisi forte ex consensu ad tp̄s: vt
vacetis orationi. Q̄ð etiam determinat̄ de
conuersi. ꝯiug. vex̄. Rōnem huius assignat
Ric. vbi supra in. q. 4. qꝛ iam sūt effecti vna
caro per carnalē cōmixtionē. Et ideo p mor
tem qua homo spūalr morit̄ mundo p pro-
fessionem in religioni solui non pōt. Quia iā
non est cōiūctio spūalis tm̄: sed ⁊ corporalis,
vnde Magr̄ i. 4. di. 27. dicit ꝙ matrimoniū
consumatū figurat vnionē humane nature i
persona filij dei: que idissolubilis est. Ex mu
tuo tñ ꝯsensu dissolui pōt: quātum ad thoruz
per religionis ingressum: altero etiam rema
nente in seculo: si non sit suspectus de incon
tinentia. Ita tñ ꝙ votum castitatis emittat:
anteq̄ȝ alter ꝓfiteat̄. Extra de cōuersi. ꝯiug.
Cum sis. Si aūt mulier ita est iuuenis ꝙ de
ipsa possit oriri suspitio si remaneret in sc'lo:
vir profiteri non dȝ: nisi ipsa religionē intret
quātūcūq̄ȝ remanens in seculo velit castita-
tem vouere: vt habet̄ i decretali predicta. Et
ista co. ti. ex p̄te Abba. i textu ⁊ glo. Hic eēnt
aliqua querenda que cā breuitatis omitto.
Vade ergo fili ⁊ filia mea: anteq̄ȝ nubas et
ora deum ⁊ sanctos ⁊ post ꝯtractū matrimo
niū non statim carnaliter cōmisceas: vt deo
inspirante meliorē p̄tē eligas ⁊ bene tibi erit
si sic te habeas. Sed heu me qd hodiernis
tp̄ibus miseris agit̄. Itur ad orōnes ad scōs
⁊ sanctas ⁊ ad ipsum deū? non. Sed vbi? ad
magos: diuinos: incantatrices: ⁊ diabolum: ⁊
adeo vt nolint nubere: nisi p̄us ad phitones
accedant. O maledictum matrimoniū. o ꝓ-
phanū ꝯiugiū. o nuptie diabolice. o societas
infernalis: qd in tali matrimonio nisi maluȝ
quia ibi est diabolus. In tali ꝯiugio nullum
bonum: qꝛ ibi nō est deꝰ. In talibus nuptijs
nulla pudicitia: qꝛ ibi non est virgo Maria.
In tali societate nulla pax: nulla cōcordia: qꝛ
ibi seminator discordie Sathanas ꝓtātez hȝ
Nam querunt adiutoriū ab inferioribus: q
eos adiuuare non p̄nt. Superiora vbi vera
sunt auxilia dimittunt. Quos reprehendit
Lactantius in. 2. diuinaꝝ institutionū aduer
sus gentes. c. 4. di. Que ꝑuersitas ad eorum
presidia decurrere: que ipsa cum violant̄ mu
tata sunt: nisi a colentibꝰ vindicent̄. vbi ergo
veritas ē: vbi nulla vis adhiberi pōt religiōi
vbi nec qð violari possit apparet. vbi sacrile-
gium fieri non pōt recurrendū est. Quicquid
aūt oculis manibusq̄ȝ subiectum est: id vero
qꝛ fragile est ab omni rōe imortalitatis alie
num est. hec ille. Eligit̄ etiam dies ad vxores
ducendas: ꝯtra quos ait Augu. 5. de ciui. dei
c. 7. O stultitiam singularē: eligit̄ dies vt du-
catur vxor. Credo ꝓpterea: qꝛ pōt in diē nō
bonum nisi eligat̄ incurri: ⁊ infeliciter duci.
vbi est ergo ꝙ nascentia sidera decreuerunt.
An pōt homo qð ei iam ꝯstitutum est diei
electione mutare: ⁊ quē ipse in eligendo diez
ꝯstituerit: nō poterit ab alio p̄tāte mutari ⁊c.
Cauendum est ergo ab his ne matrimonij
exitus malus fiat. Sed melius nube dico fi
li ⁊ filia in dño. i. cum dñi voluntate. Sȝ que
est voluntas dei vt libidini ⁊ lasciuie cā faci-
as? non: sed cā filioꝝ ꝓcreandoꝝ: qꝛ ꝓpter h̄
deus instituit: vel cā vitande fornicatōis: aut
in te: aut in cōpari: quia etiam post peccatuȝ
propter hoc instituit: qui ergo sic nubit nubit
in dño: ⁊ aliter nubit in diabolo. Hinc est ꝙ
Ric. in. 4. di. 31. arti. 2. q. j. Si querat̄ vtrū in
intentione cōtrahentiū debeant esse illa tria
bona matrimoniū excusantia. Rñde: aut ha
bitu ⁊ implicite: aut actu explicite. Si primo
modo dico ꝙ primū bonum matrimonij. s.
bonū sacr̄i debet esse habitu in intentiōe cō-
trahentiū: quia bonum sacr̄i est significare i-
separabilitatē Christi ⁊ ecclesie: diuinitatis ⁊
humane nature. Ideo oportet ꝙ ꝯtrahentes
ꝯsentiant in vinculi inseparabilitatem. Isto
modo necessariū est bonum fidei in intētiōe
contrahentiū aliquo modo: ⁊ alio modo nō.
In bono enim fidei considerant̄ duo. Vnū
scȝ essentiale qð est non negare vsum sui cor
poris: si ꝯiunx alius petat. Et sic est necium
bonum fidei esse in cōtrahentiū intentione ⁊
ad minus habituat̄: ⁊ implicite. Aliud est ac
cidentale seu accessoriū. s. non exhibere alteri
q̄ȝ suo coniugi vsum corporis sui. Et ꝯtra h̄
facere q̄uis sit peccatū mortale: tñ non ē ne-

cessarium ad ↄtrahendū matrimoniū: obli-
gantur tñ obseruare: vt patebit inferius. Isto
etiam modo bonum prolis debet esse in in-
tentione ↄtrahentiū: ⁊ si nō absolute. s. volo
nubere vt possim generare filios: quia multi
steriles ⁊ antiqui nubent: qui nō possunt hr̄e
istam intentionē: saltem sub ↄditione. s. si de⁹
dederit prolem educandi: vel venena sterili-
tatis non ꝓcreandi: vel faciendi qđ in se ē ad
hoc vt veniat proles non vt faciunt pessimi
gomoreani: necessariū est habere contrahen
tes intentionē aliter matrimoniū esset nullū
Ista enim oia diabolica sunt ⁊ displicēt deo
Loquendo aūt de actu explicite non est ne-
cessariū aliqđ predictoꝝ bonoꝝ esse in ↄtra-
hentium intentione. Sufficit enim ꝙ in con
trahendo intendant illud qđ inter ↄtrahen-
tes requirit̃ ad matrimoniū. Nube ergo ta-
liter tu dño. s. cum intentione boni sacramēti
scȝ nunq̄ȝ in vita te separandi: boni etiam fi-
dei. s. non dandi alteri corpus tuū q̄ȝ cōpari:
⁊ prolis. s. suscipiendi vel saltem si deus dede
rit educandi: nūq̄ȝ pro cupiditate contrarium
procreādi: tunc benediceris a dño. Tu vxor
tua ⁊ filij: iuxta illud ps̄. In themate. Vxor
tua ⁊c̄. Exemplū habemus Thobioli. Tho. 6
⁊. 7. Primo qūo septem iuuenes vnus post
alium accipientes Sarram filiam Raguel̃:
⁊ in p̄ma semp nocte oēs a demone suffoca-
ti sunt: anteq̄ȝ ei copularent̃. Sed vnde h̄ nisi
ꝙ hoc faciebant sine timore dei: tam libidis:
non suscipiende prolis: nō sacr̄i reuerētie ⁊c̄.
Propterea itinerans angelus Raphael cū
Thobia vt patet Thob. 6. dixit ei Tho. Vbi
vis vt maneamus. Rn̄densq̄ȝ angelus ait.
Est hic Raguel noie vir ꝓpinqu⁹ de tribu
tua. Et hic habet filiā noie Sarram: sȝ neq̄ȝ
feminā nullaȝ neqȝ masculū habet preter eā
Tibi debet̃ ois substātia eius: ⁊ oportet te ac
cipere. pete ergo eam a patre eius ⁊ dabit eā
in vxorem. Tunc rn̄dit Thobias ⁊ dixit. Au
diui q̄ꝛ tradita est viris septem ⁊ mortui sūt.
sed ⁊ hoc audiui ꝙ demon illos occidit. Ti-
meo ergo ne forte ⁊ mihi hoc eueniat. Et cū
vnicus sim parētibus meis: deponā senectu
tem illoꝝ cum tristitia ad inferos. Tunc an-
gelus Raphael dixit. Audi me ⁊ ondāȝ tibi
qui sunt quibus preualere potest demonium
In eos qui ita coniugiū suscipiūt: vt deum a
se ⁊ a sua mente excludant: ⁊ sue libidini ita
vacent: sicut equus ⁊ mulus in quibus non
est intellectus: hȝ super eos potestatē demo-
nium. Tu aūt cum acceperis eam ingressus
cubiculum per tres dies cōtinens esto ab ea
Et nil aliud nisi orationibus vacabis cuȝ ea
Et infra. Transacta aūt tertia nocte accipies
virginem cum timore dñi: ⁊ amore filiorum
magis q̄ȝ libidine ductus: vt in semine bene
dictionem in filijs cōsequaris. Ecce ergo q̄ȝ
bene ad ꝓpositum dicit. deinde in. 7. c. Qūo
intrauerunt domū Raguelis. Et Thobias
petit Sarram: ⁊ dedit ei. Et fecit ꝫm ↄsiliuȝ
angeli. vn̄ in. 8. c. dicit Thob. Tu fecisti Adā
de limo terre dedistiqȝ ei adiutoriuȝ Euam
Et nunc dñe tu scis q̄ꝛ nō luxurie cā accipio
sororem meam: sed sola posteritatis dilectōe
In qua benedicat̃ nomen tuū in secula scloꝝ
amen. Fac ergo tu similiter vt audiuisti ⁊ be
nediceris in tuis nuptijs. Sed q̄ꝛ iuuencule
sunt in hmōi inexperte debent honeste doce
ri a parentibus vel a ↄfessoribus siue a qbus̃
cūq̄ȝ fidelibus ⁊ discret̃. Ideo in mane añq̄ȝ
puella tradatur iuueni ad carnalis copule cō
sumationē iuuenis ⁊ puella humili cōfessiōe
premissa debent deuote assumere corp⁹ xp̄i:
⁊ nuptialem benedictionē suscipere a sacer-
dote: ꝓpter cuius reuerentiā consiliū ab ec-
clesia datur: ꝙ p̄ma nocte sequēti post sacrā
benedictionem a carnali copula vterq̄ȝ debe
ant abstinere: sicut patet. 23. di. c. sponsus. vbi
dicitur. Sponsus ⁊ sponsa cum benedicendi
sunt a sacerdote a parentibus suis vel a pa-
ranimphis offerantur: qui cū benedictioneȝ
acceperint eadem nocte pro reuerentia ipsi⁹
benedictionis: in virginitate permaneant. h̄
ibi. Glo. ibi. A paranimphis. i. a parentibus
vel ancillis: ⁊ dicuntur paralimphi quasi pa
rantes lympham. ⁊ sic patet p̄ma regula.

¶ Regula scđa.

Secunda regula vocatur vtriusq̄ȝ eq̄
litas. s. in fide: nobilitate: pulchritudie
etate: aliter nō bene vadit. In fide di
co q̄ꝛ fidelis nō pōt ↄtrahere cum infideli. 28
q. j. Caue. ⁊. c. sicut enim. vbi dicit̃. Non enim
eiusdem religionis ⁊ fidei maneāt copulata
cōiugia. Huius ↄstitutiōis rōnem assignat
Ric. in. 4. 39. arti. j. q. illa. q̄ꝛ nō decet xp̄ianū
cōtrahere matrimoniū cū illo: in quo nō est
ratio sacr̄i. Sed in predicto matrimonio rō
sacr̄i non esset: q̄ꝛ non pn̄t habere sacr̄i rōneȝ
ex parte vnius: ⁊ non habere ex p̄te alterius.
Ille aūt q sacr̄m baptismi non suscipit: nullū

aliud sacrm suscipere potest: vt ostensuz est in 4. Quapropter nõ tenet matrimoniũ ꝯtractũ inter baptizatũ ꝛ nõ baptizatũ. Etiam si oẽs articulos fidei crederet. Dicit᷑ cnl. 28. q. j. caue. Et sumptũ est ab Ambro. in lib. de patriarchis. ꝙ cathetizata: si xp̄iana. i. cathetizata ſm glo. nõ est satis. nisi ambo iniciati sint sacramẽto baptismatis. ¶ Alia rõ potest assignari: ne. s. fidelis perverteret᷑ per nimiã contractionẽ cũ infideli. Unde Esdre p̊. 9. ꝛ. x. c. habet᷑: ꝙ precepit Esdras filijs isrl̄ dimittere vxores alienigenas q̄s in matrimoniũ duxerant. Et Deutro. 7. precepit dominus filijs israel: ꝙ cuȝ amorreis: cananeis: pherezeis: eneis: ꝛ iebuseis: non sociarent coniugia. Et Exo. 34. dicit᷑. Nec vxor de filiabus coꝝ accipies filijs tuis: ne postq̄ȝ ipse fuerint fornicate: fornicari faciant filios tuos in deos suos. Noli ergo nubere cũ infideli: nisi forte ꝓ futuro si convertatur. 28. q. j. nõ oportet. Nec te moueat quod dicit Paulus p̄me ad Corinth. 7. Scificatus est vir infidelis: propter mulierẽ fidelẽ. quia intelligitur ꝙ altero infideli converso: ꝓpter cohabitationẽ cũ infideli: remanẽte in infidelitate sua. ¶ Unũ oritur questio. Utrũ infidelis cõversus ad fideȝ: teneatur ab infideli discedere? Respõdet Ric. in. 4. dis. 39. arti. 2. q. 2. in corpore questionis. Q̄d in hoc casu: aliter iudicandũ pro tempore p̄mitiue ecclesie: aliter pro tempore Cõstãtini imperatoris: ꝛ temporibus illi propinqs aliter pro moderno nostro tẽpore. ¶ Primo enim tempore passim cõvertebant᷑ ad fidem iudei ꝛ gentiles. Et ideo tunc coniunx fidelis poterat habere spem probabilẽ de conversione coniugis infidelis: etiã si conversionẽ non promitteret. Pro quo tempore dicit apostolus: Sanctificatus est vir malus: per mulie. fidelẽ. ꝛ sanctificata est mu. infi. per virũ fidelem. Et etiam pro illo tẽpore intelligendum est consiliũ apostoli: qui dicit ꝙ cõiunx conversus ad fidẽ: non dimittat infidelẽ. ¶ Alio autẽ tempore magis erant obstinati iudei ꝛ gentiles: tamen adhuc satis faciliter convertebant᷑ ad fidem. ¶ Modernis autẽ temporibus: tam iudei q̄ȝ gentiles pro maiori parte: quasi obstinati videntur. Et ideo prohibitũ est ne conversus ad fidem cohabitent cuȝ coniuge infideli: tam gentili q̄ȝ iudea: vel iudeo: si diligenter ꝛ sufficiẽter monitus ut cõvertat᷑ converti noluerit. Sed hic essent multa querenda que causa breuitatis omitto: patet ergo ꝙ debet esse equalitas in fide. Debet esse etiam equalitas in nobilitate. Sed quare? quia si vnus est nobilis alter ignobilis: nõ erit equa societas neqȝ pax: imo multe discordie: ut patet per experientiã. Nam si vir est nobilis ꝛ nõ mulier: tenebit eaȝ ut sclauam: ꝛ semper opponet ei ignobilitatẽ suaȝ. deinde si mulier nobilis est: alter autẽ ignobilis: nunq̄ȝ erit subiecta viro: ex quib⁹ multe dissensiones oriuntur. ¶ Debet etiam esse equalitas in pulchritudine: quia sicut doctor illuminatus Franciscus de ma. dicit. Sicut saporosuȝ delectat gustum: sic pulchrũ delectat visum. Si ergo erit vnus pulcher: alter turpis: pulcher queret pulchrũ ꝛ non cõtẽtabitur: ꝛ franget᷑ bonũ fidei: ꝛ multa alia mala inde oriuntur. ¶ Similiter debet eẽ equalitas in etate ꝛ robore: quia iuuenis requirit magis actũ carnalem q̄ȝ antiquus. Si ergo vir est antiquus non poterit satisfacere mulieri iuueni: ꝛ sic procedunt postea adulteria ꝛ fornicationes. O quot exempla possunt in mediũ de hoc apponi: De illo brixiano qui duxit vxorem iuuenẽ: que postea recessit ꝛ reliquit eũ. ꝛc̄. Si etiam vir est iuuenis: ꝛ capit mulierẽ antiquã ipsam abhorret: ꝓpter multa q̄ causa honestatis omitto. Et sic capit ꝛ tenet concubinaȝ: ecce quanta mala. Ratio autẽ potissima omniũ istarũ quare debet eẽ in ambobus equalitas est: quia ibi debet eẽ mutuus ꝛ perfectus amor. Sed similitudo ẽ causa dilectionis ſm phm. 8. Ethico. ergo ꝛc̄ Huius mysteriũ habet᷑: de muliere facta de costa: non capite: non pede: ad significandaȝ ibi debere esse societatẽ: nõ dominationem: fraternalẽ amorẽ: non servilem: que omnia efficit ut visum est equalitas. Q̄d determinat magister in. 2. dis. 18. ca. 2. Cũ autẽ his de causis facta sit mulier de viro: cur nõ de qualibet parte viri: sed de latere eius formata est: vt ostenderet quia in consortiũ creabatur dilectionis: ne forte si fuisset de capite: femina viro videret᷑ ad dominationẽ preferẽda: aut si de pedibus ad servitutẽ subijcienda. Quia igitur viro nec domina nec ancilla parabat᷑: sed socia: nec de capite nec de pedibus: sed d̄ latere fuerat producẽda. hec ibi. Et sic patet secunda regula. ¶ Tertia regula vocat᷑ parẽtum bonitas. Vis bene nubere filia? sic: respice patrẽ: quis est? vsurarius: auarus: sodo-

mita:blaſſemator:luſor.ꝛc.Caue caue noli ei
dare filiã tuam:quia nũq̃ bene habebit: ſed
quare?quia qualis pater talis filius. Exem-
plũ Math.7.Mala arbor non poteſt fru-
ctus bonos facere.⁊ ecõtra:Arbor bona nõ
poteſt fructus malos facere.Ratio huius qꝛ
filij cõmuniter ſequũtur veſtigia patris:⁊ pa
tres eos docent que faciunt.Et filij obediũt
in omnibus patribus:quod facere non de-
bent in malis.Vnde Hiero.in epiſtola ad
Furiã de viduitate ſeruanda:vbi dicit: So-
la cauſa pietatis eſt:vbi carnis nulla noticia
eſt.Honora patrẽ tuũ ſi te a vero patre non
ſeparat.Tãdiu ſcito ſanguinis copulã: q̃diu
ille ſuũ nouerit creatorem.Alioquin tibi Da
uid canit:Audi filia ⁊vide ⁊ inclina aurẽ tuã
⁊ obliuiſcere populũ tuũ ⁊ domũ patris tui:
⁊ concupiſcet rex decorẽ tuũ ⁊ dicet tibi:To-
ta pulchra es amica mea ⁊ macula nõ eſt in
te ꝛc.Tamẽ cõtrariũ fit. Vñ Grego.Ma-
le ſoboles malorũ actiones parentũ imitan
tes:genimina viperarũ vocantur.❡Simili-
ter dico tibi fili:vis bene vxorare?ita: reſpice
matrẽ:quia ſm conditionẽ matris cõmuni
ter ſunt filie:quia cum eis quaſi continue vi
ctitant.Ezech.16. Qualis mater talis ⁊ filia
eius eſt.Et ideo ſi ſunt bone quaſi impoſſi-
bile eſt vt earũ mores nõ aliquo modo imi-
tent.Hinc eſt ꝙ Hiero.in epiſtola ad Fu-
riã de viduitate ſeruanda hortabat eam vt
ſequeret veſtigia mřis: que bona fuerat di-
cens:Imitare potius (crebro enim id ipſũ
repetam) ſcãm mřez:ardor eius in xp̃m:pa
lor ex ieiunijs:elemoſyna in pauperes: obſe-
ſequiũ in ſeruos dei:humilitas cordis ⁊ ve-
ſtiũ:atqꝫ in cunctis ſermo moderat⁹:př tuus
quẽ ego honoris cauſa nomino:nõ quia con
ſularis ⁊ patritius:ſed quia xp̃ianus eſt:im-
pleat nomen ſuũ:⁊ letet xp̃o ſe filiã genuiſſe:
nõ ſeculo:quin potius doleat:ꝙ ⁊ virginita-
tẽ fruſtra amiſeris:⁊ fructus perdideris nu-
ptiarũ.ꝛc.Sed quoniã contrariorũ eadez eſt
diſciplina:ſic bonitatẽ imitant:ſic etiã multe
magis imitant malos mores matrũ. Noui
ego hominẽ qui volens vxorem: ⁊ erat doc.
conſuluit parentez ſuũ antiquũ quid facere
deberet:vtrũ quandã iuuenẽ dixit ille mater
ſua nequã ⁊ quaſi meretrix fuit:ille non cre-
didit filiã ſequi eius veſtigia?quid plura? ac-
cepit eam:ſed quot adulteria cõmiſerit: cum
quantis iuuenibus ſe proſtrauit: fas non eſt

dicere.Reſpice ergo mores patꝝ ⁊ matrum
⁊ tunc vix poteris errare. Exemplũ Achab
rex ſamarie accepit vxorẽ Iezabel:filiã Me
thual regis ſidonie: O quanta mala fecerit
ipſum facere quis cogitatus.lege.3.Reg.16.
Exemplũ etiã Geñ.6.vbi dicit:Cũqꝫ cepiſ-
ſent homines multiplicari ſuper terrã:⁊ fili-
as procreaſſent:videntes filij dei.i. boni viri
filij.ſ.Seth filias hominũ.i.malorũ hominũ
carnaliũ ꝛc.filias.ſ.Chayn ꝙ eſſent pulchꝛe:
acceperunt vxores ſibi:ex oibus quas elege
rant:dixitqꝫ deus:nõ permanebit ſp̃us me⁹
in homine in eternũ: quia caro eſt.Et infra
dixit ad Noe: Finis vniuerſe carnis venit
coram me: repleta eſt terra iniquitate a fa-
cie eorũ:⁊ ego diſperdã eos cũ terra.ꝛc.Pa
tet ergo tertia regula:⁊ ſecunda pars huius
ſermonis.

❡Pars tertia hui⁹ ſermonis in qua ponũt
regule q̃tuor videlicz de probitate mutuo cõ
ſenſu:publicatio:⁊ matuꝝ cõſiliũ.

Q Uarta regula vocat moralis probi-
tas.Audi filia: audi pater: qui eam
vis nubere.Cui vis?tali iuueni.Sed
quare ꝛc.qꝛ nobilis:diues:⁊ ſapiens ꝛc.Iſta
bona ſunt.Et tu filia quare vis eũ?quia pul
cher eſt:bene cantat:ſaltat ꝛc.Sed dic queſo
cuius conditionis eſt:vſurarius:auarus: ſo-
domita:luſor ꝛc.O filia mea quãta ludibria
quantas tribulationes expectas.Quere po-
tius pauperẽ:mendicũ:turpẽ:ſed virtuoſum:
q̃ nobilẽ :pulchꝛũ vitioſum.Naz ſi eſt aua-
rus faciet te penuria mori.Si blaſſemator ⁊
luſor: quotiens veſtimenta tua in ludo po-
net.Si fornicator gomorrean⁹:nunq̃ reddet
tibi debitũ:vide ergo quid eueniet. Hinc eſt
ꝙ Tulius in.2.de offi.in ca.cũ quibus amici
tia cõtarhi debeat:narrat: ꝙ Themiſtocles
auctor cũ conſuleret:vtruz bono pauperi: an
minus probo diuiti filiã collocaret. Reſpon
dit ego malo virũ:qui pecunia eget:q̃ pecu-
niã:que viro:Similiter dico tibi fili vis vxo
rari?ita: volo capere talem iuuenẽ: quare?
quia eſt pulchra.Et tu: quia eſt nobilis.Et
tu: quia portat magnã dotez.Et ego peto a
te:eſt ne bona:virtuoſa:ingenioſa:timoroſa:
nequaq̃:ſed quid?luxurioſa:laſciua:ſaltatrix
puella:cãtarina:ceruelina:heu me fili mi no
li facere:quia educet cuz dolore annos tuos
ad inferos.Non te vincat pulchritudo: non
nobilitas:non magne diuitie: qꝛ nihil peius

in hoc mundo mala muliere. Hieronymus ad oceanū de vita clericorū ⁊ episcopoꝝ dic: Janua diaboli: via iniquitatis: scorpionis pcussio:nociuūq₃ gen⁹ femina.s.mala. Hinc hortat fugere ipsas puellas:se ornantes: vanas:⁊ lasciuas. In epistola ad Demetriadez virginē de virginitate seruanda:di. Fuge lasciuiā puellarū:q̄ ornant capita:crines a fronte demittunt:cutem polliūt:vtuntur liniamētis:astrictas habent manicas:vestimenta sine ruga:socosq₃ crispantes: mores eni ⁊ studia dominarū ⁊ ancillarū ⁊ comitū morib⁹ indicant. Illa sit tibi pulchra : illa amabilis : illa habēda inter socias:que nescit esse se pulchram:que negligit forme bonū:⁊ procedēs ad publicū non pectus ⁊ colla denudat : non pallio reuelato ceruices aperit : sed que celat faciē:⁊ vir vno oculo:qui vie necessarius est patente ingreditur.hec ille. Econtra autē nihil melius bona muliere Prouer.14. Sapiens mulier edificat domuz:insipiens quoq₃ destruet manibus. Itez Prouer.18. Qui inuenit mulierē bonā inuenit bonū : ⁊ hauriet iocūditatem a domino. Qui expellit mulierem bonam expellit bonū. Qui autem tenet adulterā stultus ⁊ insipiens est. Roga ergo deū vt det tibi bonā vxorem:quia Prouer. 19. Domus ⁊ diuitie dantur a parentibus:a domino autē proprie vxor prudens. Vis scire que maior gratia (fili) inter gratias inferiores ⁊ temporales? Nunquid nobilitas: nunquid pulchritudo:nunqd diuitie:nūquid sapientia vana? non : sed que?bona vxor : o bona gratia:o dulcedo hominis:o gaudium viri imensuz bonā habere vxorē. Unde hoc probas Eccle.7. Noli discedere a muliere sensata ⁊ bona:quā sortitus es in timore dei Gratia enim verecūdia illius super auruz. Item Eccle.26. Gratia mulieris sedule delectabit virum suū:⁊ ossa illius impinguabit disciplina illius datū dei. Mulier sensata et tacita nō est imutatio erudite anime : gratia super grāz mulier sancta ⁊ pudorata. Hinc est ꝙ ait Hierony.in epistola ad Demetriadē virginem de virgini.seruan. Eunuchorū quoq₃ tibi:ac puellaruz:ac seruulorū mores magis eligantur:q̄z vultus eligantia. Et sic patet quarta regula. ¶ Quinta regula amborū libera voluntas:non metu:non vi : sed libere. Querunt enim doc.vtrū ad contrahēdum matrimoniū necessarius sit verus viri ⁊ mulieris consensus. Et dicit Ricar.noster in.4.in dis.27.arti.p̄.q.2. Et Bonauē.in eadem dis. Q̄d ad hoc vt vere contrahat matrimoniū in foro conscientie ⁊ dei (qui cordiū occulta respicit) requiritur interior ver⁹ consensus. Ratio huius est. Quia ad collationem cuiuslibet sacramenti requiritur vera intentio conferendi:ergo similiter ad contrahendū verū matrimonij sacramentū requiritur vera intētio contrahendi. Hinc est quod dicit extra de sponsalibus.tua nos.in fine. Sine consensu cetera nequeūt fedus pficere coniugale. Et ideo dr extra de sponsa. impuberū.ca.tua fraternitas. Et de sponsalibus:tue fraternitati. Et.32.q.2.hoc scitū. ꝙ matrimoniū in veritate contrahit per legitimū viri ⁊ mulieris consensu. Et ad hūc consensum exprimendū: sunt necessaria de presenti verba illū assensuz exprimentia. Extra de ferijs capellanus.extra de eo qui durit in matrimonio quā po.per ad.ca. significauit. Et.31.q.1.deus masculū ⁊ feminā.§.ꝙ autē. Et ideo dicit magister;in.4.dis.27.ca.2. Q̄d si consentiant mente: ⁊ non exprimunt verbis:vel alijs certis signis:talis cōsensus nō efficit matrimoniū. Rationē huius assignat Ricar.vbi supra.q.3. Quia consensus tacit⁹ alicuius non dat ius alij in re sua:sed p matrimoniū habet vir potestatē in corpus mulieris. Et econuerso p̄me Corinth.7.ergo ⁊c̄ Unde datur exemplū.ꝙ donatio non perficitur:nisi concurrente consensu donatoris: ⁊ donatarij:donatarius autē non potest ꝯsentire in donationē:nisi donator ei voluntatez suam exprimat. Sed in contractu matrimonij donat quilibet alij potestatē corporis sui quantū ad coniugalem actum:sed hoc oportet exprimere:ergo oportet aliqua esse exprimentia:siue per verba vt dictū est: vel p aliqua alia signa. Et hoc dico quia multi muti possunt contrahere matrimoniuz. Extra de sponsa.tue fraternitati. Inter etiaz absentes ⁊ qui se nunq̄z viderunt potest contrahi matrimoniū:p procuratorē ⁊ lr̄as cōsensus mutuos exprimentes:dum tamē fama:vel auditu:vel alio modo se nouerint.30.q.5.nec illud.in glo. Cape ergo fili vnam que libere et libenter capiat te:⁊ econuerso. Et hoc est cōtra aliquos patres ⁊ matres:qui cogunt filios ⁊ filias nubere. Caue pater:caue mater: ne filios ⁊ filias cogas contrahere:quia ma-

los exitus solent facere matrimonia coacta. Ibi nunq̃ est amor:non pax:non fides : sed bene multa mala:quod videri potest per experientiã. Et posset esse talis metus: ꝙ matrimoniũ nullũ esset. Unde dicit Ricar.in 4.dis.29.arti.p̃.q.i.in corpore questionis.q̃d duplex est metus. Quidam nõ cadens in cõstantẽ virũ. Et talis coactio consensus ꝑ talẽ metũ non impedit matrimoniũ : nec q̃tũ ad iudiciũ dei:nec quantũ ad iudiciũ ecclesie Argumentuз ad hoc.extra de sponsa.⁊ ma.veniens.ij. Est etiaз quidã metus cadens in constantẽ virũ.i.in virũ virtuosum : sicut est metus mortis:vel enormis lesionis coporis vel seruitutis:vel stupri:⁊ aliorũ taliũ. Et tũc quando talia mala interpretantur ab illo de quo presumit probabiliter vir constans: ꝙ illa talia velit ⁊ possit sibi inferre:nisi sibi consentiat:⁊ coactio consensus per talem metuз matrimoniũ impedit:⁊ quantũ ad iudicium dei:⁊ quantũ ad iudiciuз ecclesie. de sponsa. ⁊ ma.veniens.ij.⁊ ca.consultationi.§.sane.c. cum locũ. Hoc idem dicit Inno.⁊ Hosti.d̃ his que vi.me.ue causa fiunt. Debet ergo eẽ vtriusq̃з libera voluntas: ⁊ consensus: aliter nunq̃ se bene habent. Sed hic ponatur casus talis. Unus non causa contrahendi:sed deceptionis:promittens vnã capere in vxorem:⁊ post deceptionẽ trufatur de illa. Quid faciet confessor? Dic ꝙ q̃uis illud non sit verum matrimoniũ in iudicio dei:quia nõ fuit consensus ex vna parte.extra de sponsa.⁊ ma.tua nos.tamen ẛm Scotũ in.4.dis.30. arti.p̃.q.i.non debet confessor ipsum absoluere nisi contrahat cũ ea:in satisfactionem. Excepto si contraxisset cũ secunda per verba de presenti. Tunc doleat ⁊ satisfaciat prime. Tamen si posset probari ecclesia coerceat illum ad matrimoniũ.e.ti.ca.de illis.ca.ex litteris. ca.ex parte. Est ⁊ ali⁹ casus in alio libro quẽ causa breuitatis omitto. Et sic patet quinta regula. ¶ Sexta regula vocatur manifestabilitas.s.si vis bene nubere:fac publice in facie ecclesie:quia ⁊ si factum occulte sit matrimoniũ:dũmodo assit vtriusq̃з consensus:tamen peccatũ est.s.contra preceptum ecclesie. Extra de clandestina despon.cum inhibitio Et.30.q.5.ca.aliter.⁊ ca.nullus.vbi dicitur d̃ clandestinis matrimonijs. Q̃d sunt adulteria:stupra:fornicationes:potius q̃з legittima coniugia. Unde dicit Hostiẽ.in lectura de clandesti.cum inhibitio.glo.suꝑ verbo ꝑ triẽniũ.ꝙ sacerdos assistens matrimonijs clandesti.ipso facto est suspensus:⁊ non absoluitur nisi a papa. Huiusmodi autẽ edicti: triplex ratio potest assignari. ¶ Primo quia filij essent vel reputarentur illegittimi : ⁊ non possent hereditare: q̃uis verꝫ esset matrimoniũ.extra de clandesti.despon.cum inhibitio 30.q.5.aliter.ca.nullus. ¶ Secundo quia forte cõsanguineus tuus dormiuit cũ ea ꝑusq̃з tu.⁊ sic nunq̃ erit illa tua vxor:quia contrahitur affinitas: ẛm Scotũ in.4.dis.41.arti. vltimo. Et Ricar.ibidem ar.p̃.q.i. Et extra de eo qui cogno.consan.vxo.sue.ca.de illo.extra de sponsa.⁊ matrimonijs.ca.preterea. ¶ Tertio propter multas deceptiones.nam fit occulte ⁊ nullus est testis:⁊ alter eorũ mutatur:⁊ sic matrimoniũ veruз dissoluitur : et fiunt multa sacramenta falsa: ⁊ tamen verũ fuit primũ si consensit⁊ secundũ non: ⁊ nũq̃ potest alio coniungi coniugio vero. Et ideo quia clandestine nubunt:non tam coniuges: q̃з adulteri vocantur.32.q.2.ca.sicut vbi dicit̃ Non coniuges sed adulteri vocantur q̃ clandestine nubunt. ¶ Sed posset aliquis dicere Quid est clandestina desponsatio? dicit glo. de clandesti.des.super verbo clandestina. Et Ricar.in.4.dis.28.arti.2.q.3.ꝙ tripliciter fit Primo cum non habentur testes.ca.ꝙ nobis extra eo. Alio modo quãdo contrahitur non adhibitis solẽnitatibus:q̃uis fit contractũ matrimoniũ in presentia testium.30.q.6. aliter.vt.s.petatur ipsa mulier ab habẽtibus potestatẽ super eam.⁊ a sacerdote benedicatur:⁊ solẽniter recipiatur. ¶ Tertiomodo qñ fit non premissa denũciatione.e.ti. cũ inhibitio. Nam quidã casus venit coram me:ꝙ quidã cognouit quadã de qua orta est puella ⁊ filius cognoscentis accepit eam in vxorem scilicз sororẽ quã genuit pater suus ⁊ diu sic mãserũt : ⁊ habuerũt filios in silentio: nota. Et multa alia mala accidunt : propter clandestinas desponsationes. Aliquando homicidia:odia perpetua.⁊c̃. Fiant ergo publice ⁊ manifeste :⁊ sic de⁹ ibi erit:aliter nõ. Patet ergo sexta regula. ¶ Septima regula vocat̃ cõsilij maturitas. Ante ergo q̃з nubes ꝯsule amicos tuos:parentes ⁊ affines: maxime ⁊ antiquos:quia in antiquis est prudẽtia:⁊ in multo tempore est sapientia Iob.12. Hinc est ꝙ Hierony.dicit. Q̃d in antiquis solum sapi-

entia remanet: omnia alia tranſeunt. Unde in epiſtola ad nepotianū de vita clericoꝝ. in principio ait ſic: Nunc iaꝫ cano capite: ⁊ arata rugis fronte: ⁊ inſtar boū pendētibꝰ a mento palearibus: Frigidus obſiſtit circū pꝛecoꝛdia ſanguis. Unde ⁊ in alio loco idem poeta ait: Omnia fert etas animū quoqꝫ ⁊ poſt modū. Nunc oblita mihi tot carmina vox qꝫ merim: iam fugit ipa. Sꝫ ne de gētili tm̄ litteratura pꝛoferre videantur: diuinoꝝ voluminū ſacramenta cognoſce David annos natus ſeptuaginta bellicoſus quondam vir: ſenectute frigeſcente non poterat calefieri. Queritur igit̄ puella de vniuerſis filijs iſrl̄ Abyſach ſunamitis: que cum rege doꝛmiret: ⁊ ſenile coꝛpus calefaceret. Nōne tibi videtur ſi occidentem litteraꝫ ſequaris: vel figmentū eſſe de matrimonio: vel atellanarū ludicra: frigidus ſenex obuoluitur veſtimentis: ⁊ niſi complexu adoleſcentule nō tepeſcit Viuebat adhuc Berſabee: ſupererat Abigail: ⁊ relique vxoꝛes ⁊ concubine: quas ſcriptura cōmemoꝛat: omnes quaſi frigide repudiantur: ⁊ in vniꝰ tm̄ grandeuus caleſcit amplexibus. Abꝛahā multo ſenioꝛ David fuit: ⁊ tamen viuente Sara: aliam non queſiuit vxoꝛem. Yſaac ducentos annos David habuit: ⁊ tamen Rebecha iam vetula nunquā refrixit. Taceo de pꝛioꝛibus ante diluuiū viris: qui poſt annos non ingentos: nō dico ſenilibus: ſed pene carioſis artubus: nequaqꝫ puellarū queſiuere complexus. Certe Moyſes dux iſraelitici populi. cxx. annos habebat ⁊ Sophoꝛā non mutauit: que eſt iſta igitur ſunamitis vxoꝛ: ⁊ virgo tam feruens: vt frigidum calefaceret: tam ſancta: ut calentem ad libidinem nō pꝛouocaret. Exponit ſapientiſſimus Salomon patris ſui delitias: ⁊ pacificus bellatoꝛis viri narret amplexus: poſſide ſapientiam: poſſide intelligentiaꝫ: ne obliuiſcaris: neqꝫ declinabis a verbis oꝛis mei: ne derelinquas eam ⁊ appꝛehendet te. ama illam ⁊ ſeruabit te: pꝛincipiū ſapientie poſſide ſapientiā: ⁊ in omni poſſeſſione tua poſſide intelligentiam: circūda illaꝫ ⁊ exaltabit te ut det capiti tuo coꝛonam gratiaruꝫ: coꝛona quoqꝫ delitiarum pꝛoteget te. Omnes pene virtutes coꝛpoꝛis tui crebꝛa ieiunia: elemoſyne: vigilie: chamēnie. i. in pauimento doꝛmitio: huc illucqꝫ diſcurſus: peregrinoꝛū ſuſceptio: defenſio pauperū: inſtantia oꝛationū: ⁊ perſeuerantia: viſitatio languentiū: laboꝛ manuū vnde pꝛebeantur elemoſyne. Et ne ſermone longius trahaꝫ: cuncta que per coꝛpꝰ exercentur: fracto coꝛpoꝛe minoꝛa fient. Hec ille. Extra de conſtitutionibꝰ. c. ne innitaris. Ne innitaris pꝛudentie tue: ⁊ ne ſis ſapiens apud temetipſum Pꝛouer. 3. Conſule ergo antiquos ⁊ pꝛobos viros: ⁊ ſic iſtam regulaꝫ cum alijs obſerua: ⁊ bene erit tibi in hoc mūdo per gratiā: ⁊ in alio per gloꝛiā Amen.

¶ Feria ſexta poſt quartā dominicā in quadrageſima de matrimonij ihoneſtate qualiter videlicꝫ in eo mulier offenditur moꝛtaliter. Sermo quinquageſimuſſecūdus

NUnc cognoui quoniam vir dei es tu: ⁊ verbū dei in oꝛe tuo verum eſt. 3. Reg. 17. Tam etſi fratres chariſſimi qꝫ plura iaꝫ dicta ſint ſupꝛa de matrimonij ſacramento nihil exiſtimo in hac materia fructuoſius: ſalubꝛiuſqꝫ animarū saluti: qꝫ ſcelera tale ſacramentū fedantia aperire: qꝫ plurimi enim reperiuntur pꝛedicatoꝛes: qui ſub honeſtatis pꝛetextu huiuſmodi deteſtanda vitia ſilentio pꝛetereunt: quos latere non debet aliquando rōnem de indiſcreto ſilētio reddituros: ſi abſqꝫ cauſa rationali huiuſmodi veritate occultant. Quia ut dicit Grego. 42. diſ. ca. ſic rectoꝛ. Sicut incauta locutio in erroꝛē detrahit: ita indiſcretū ſilentiū eos qui erudiri poterāt in erroꝛe derelinquūt. Dicit enim pꝛopheta: Veritatē requiret dominus. ſ. a pꝛedicatoꝛibus. De quibus ſcribit Yſa. 56. ca. Canes muti nō valētes latrare. Pꝛimo eni tenentur reddere rōnē de pꝛeteritis culpis: de quibus infelices peccatoꝛes nequaqꝫ confeſſi ſunt. ⁊ in talibus ſcelerībꝰ cōmunicant: qđ nō facerent ſi ſua noſſent vitia. Secundo de pꝛeſentibꝰ culpis in qbus ſunt imerſi: ⁊ qdaꝫ ſupina ignoꝛantia: ⁊ ſub pꝛetextu matrimonij nō ſibi conſciētiā faciunt: quod minime facerent ſi eſſent illuminati. Tertio quoqꝫ đ peccatis q̄ ex eoꝛū taciturnitate in poſterum cōmittentur: pꝛo quibus omnibus de homicidio. ca. ſicut dignū. ſcribitur: Nō caret ſcrupulo ꝯceſſionis occulte q manifeſto facinoꝛi deſinit obuiare: non tamen hec ignoꝛantia peccatum excuſat: quia quilibet tenetur ſcire ad ſalutem neceſſaria: dū poteſt. Non etiam

excuſat negligẽtia.ſ.ꝙ nõ curatis diſcere veſtre ſalutis neceſſaria: multo minus excuſat malitia: que qdeꝫ manifeſte apparet in illis: qui cũ dicit predicatoꝛ velle ſe de tali materia tractare: impediũt vxoꝛes ⁊ filias ne vadant ad audiẽduꝫ has virtutes. Cõtra quos propheta ait: Noluit intelligere ut bene ageret. Quidã nolũt de hoc predicare: ſed tamẽ hec deteſtanda vitia non ceſſant perpetrare: ⁊ qui magis in his ſunt ingnati hoꝛrent audire dicta salubꝛia. Nõne hec omnia ponit ſacra ſcriptura que dicturi ſumus ⁊ doc. taꝫ antiqui ꝙ̃ moderni preſertim hi q zeluꝫ habent animarũ. Rogate ergo deũ ut ſic hanc materiã predicare cõcedat: ut omnes dicere poſſitis verbũ propoſitũ.ſ. Nunc in iſto cognoui. ⁊c. His premiſſis ſciendũ eſt in h̄ ſermone: ꝙ tribꝰ modis fedatur matrimoniũ.

¶ Primo videlꝫ rõne inoꝛdinate affectiõis

¶ Secundo rõne nimie frequentationis.

¶ Tertio rõne circũſtãtis occaſionis.

¶ Pars prima huius ſermonis in q̃ probatur ꝙ cõiuges peccant grauiter in matrimonio ex inoꝛdinata affectione.

PRimo dico ꝙ põt eſſe culpa in actu matrimoniali rõne inoꝛdinate affectiõis. qȯ probaꝛ tripliciter.ſ. Rõne Auctoꝛitate: ⁊ Exemplo. ¶ Primo rõne ſic Regulariter peccatũ diffinitur ſic: maxime ab Augu. di. Peccatũ eſt ſpꝛetis incõmutabilibꝰ bonis: cõmutabilibꝰ bonis adherere: ſꝫ quicqd amatur ſupꝛadictũ eſt peccatũ moꝛtale: ergo q inoꝛdinate afficitur erga vxoꝛem vel mulier ioꝛdinate amans maritum: moꝛtaliter peccat. ¶ Secũdo h̄ idẽ probatur auctoꝛitate Augu. in lib. de bo. cõiu. Si magis in ſua cõiunctiõe diligunt qȯ honeſtum eſt: ꝙ̃ quod inhoneſtũ. i. qȯ eſt nuptiarũ. auctoꝛitate apl̄i eis venia cõcediꝛ. Si vero equiparetur vel pꝛeferaꝛ deo: moꝛtale peccatum eſt. hec ille. Quod confirmaꝛ a Hieronymo cõtra Iouinianũ. 32. q. 4. ca. oꝛigo. di. Oꝛigo q deꝫ honeſta erat amoꝛis: ſed magnitudo deformis.ſ. cauſa vitãde foꝛnicationis: ut diceꝛ infra. Nihil enim intereſt ex qua honeſta cã quis inſaniat. vnde ⁊ Xiſtus pithagoꝛicꝰ in ſententijs. Adulter eſt inqt in ſuã amatoꝛ ardentioꝛ. In aliena quidẽ vxoꝛe omnis amoꝛ turpis eſt: in ſua nimius. Sapiẽs iudicio debet amare cõiugẽ: non affectu: nõ regnet in eo impetus voluptatis: nec precepo feraꝛ ad coitũ. Nihil eſt fedius ꝙ̃ vxoꝛẽ amare quaſi adulterã. hec ille. ¶ Tertio idẽ probatur exẽplaritate. Sicut enim quis põt ſeipſum diligere: vel poſſeſſiones ſuas: ⁊ cetera alia ſup deũ: ſic ⁊ vxoꝛẽ ⁊ eius carnalẽ coitũ: ꝙ̃ꝙ̃ ab alia ſibi ꝓponeret peccaueret. Similiter etiã põt qs ꝓpꝛio vino inebꝛiari: licꝫ nolit de alieno habere. ⁊ d̉ carnibꝰ a ſe iuſtiſſime emptis ꝑ ingluuiaꝫ peccare: vel ſi in aliq̃ alia re per exceſſiuã auariciã congeſcat ⁊ pluſ ꝙ̃ in deũ inardeſcat: ita ꝙ totũ coꝛ eius ſit ibi: qs dubitet taleꝫ peccare moꝛtaliter: ⁊ aiam ſuam in eternũ dãnare. Ita ſimiliter in propoſito dici poteſt. Vñ apoſtolus ꝑ̇me Theſſalo. 4. c. ait: Non in paſſione deſiderij vos cõmiſcẽtes.ſ. cõmiſcere debetis in cõiugio cõiugali: ſicut ⁊ gẽtes q̃ ignoꝛãt deũ. Qȯ ſi foꝛte queras q̃liter poſſet cognoſci talis affectio. Ad hoc reſpondeꝛ ꝙ tria ſunt ſigna euidẽter huiuſmodi demonſtratiua. Primũ eſt zelotipia in cõiugio: cõtra enim zelotẽ virũ Eccle. 9. ſcribiꝛ: Nõ zeles vxoꝛẽ ſinus tui. Narrat eni Egeſippus ꝙ Herodes ex nimia dilectione: ꝓpꝛiã occidit vxoꝛẽ: factus amẽs: nec credens eã eſſe moꝛtuã: alloquebaꝛ ut viuaꝫ. De muliere etiã zelote Eccle. 26. ſcriptũ eſt: Doloꝛ coꝛdis ⁊ luctus mulier zelotipa. Si autẽ ambo ſint zelotes adiuuet eos deꝰ. Secũdũ ſignũ inoꝛdinati affectus eſt meretricalis oꝛnatus: q quandoqꝫ euenit ex mulieris concupiſcentia: qꝛ tunc feliciorẽ ſe putat: cuꝫ inoꝛdinatiꝰ a marito diligiꝛ: vltra oẽs limites honeſtatis: ad cuiꝰ incẽtiuũ ſe oꝛnat: ⁊ qȯ nequiꝰ eſt: in cõfeſſione ſe palliat di. ſe hoc facere ut placeat viro ſuo: q̃ſi inter eos nõ eſſe poſſit inoꝛdinatꝰ affectus ⁊ criminoſus. Et qȯ abhominabiliꝰ eſt currũt ad magas: multiplicãt remedia nefanda: q̃ ſi qñqꝫ inoteſcerẽt viris: ꝓculdubio cũ sic periculoſo diſpẽdio etiã coꝛpoꝛaliter interirẽt. Ad hoc etiam ſepe coadiuuãt inique mr̄es. Quãdoqꝫ etiãꝫ prouenit ex viri iniqtate. Refert eniꝫ Sene. ſe noſſe aliqñ quẽdã virũ oꝛnatũ: q exiturꝰ in publicũ: cũ vxoꝛis faſcia pectus colligabat Et ne pũcto quidẽ hoꝛe preſentia eius carere poterat. Ex eodẽ etiã vaſe potionẽ ſumebant: alia nõ minus inepte facientes: in que impꝛouida vis ardẽtis affectus erumpebat. Tertiũ quoqꝫ ſignũ inoꝛdinati affectus eſt (abſqꝫ rationali cauſa) dare filios nutricibꝰ ad alendũ: qȯ vnde habuerũt oꝛtũ atqꝫ ſeq̃lã

clare Augu. demonstrat.5.dis.ca.ad eius.di. Praua aūt cōsuetudo in cōiugaruʒ moribꝰ surrexit:ut filios quos gignūt nutrire mulieres cōtēnant:eosqʒ alijs mulieribꝰad nutriēdum tradāt:qḋ videlicʒ ex sola carnis incontinētia videt inuentū:qꝛ dū se cōtinere nolūt despiciūt lactare quos gignūt.hec ille. Sʒ qꝛ dicūt hoc nō esse sue volūtatis: sed di.viros suos hoc velle: ut nō lactando facilius alios possint ꝓcreare. Cōtra quos Augu.in dic.c. ad eius.ait: Ad eius vero ꝯcubitū vir accedere nō debet:donec q gignit ablactet:ꝛ licʒ cōtra hoc agendo nō semꝑ fit pctm̄ mortale:satis est euidēs iudiciū dei:ut q ad lactādū filios alijs tradūt minoris vite filios habcant: q̄ alie mulieres ꝓprios filios lactantes. Tū si tales filij viuūt sunt sicut nutrices viciosi: licʒ habeāt parētes virtuosos. Adeo eni sepe degenerāt:ut suspicet alteriꝰ esse generis ꝛ ꝓgeniei. Nā ab ebriosis enutriti: ebriosi saltē inclinatione sunt:ꝛ tales quales sunt nutritij tales filij nutriti sunt. Et sic patet.

¶ Pars secūda huiꝰ sermonis in q̄ probat actum matrimonialē deordinari propter nimiā frequentationem.

Secūdo in hoc sermone dico: q̄ actꝰ matrimonialis pōt deordinari rōne nimie frequētationis:ex q̄ frequentatione triplex dissipatio solet subsequi. Prima est corporalis. Scđa spūalis. Tertia eternalis. ¶ Prima dissipatio est corporalis Duo eni picula euenire solēt ex hac frequentatione effrenata. Primū periculū est in fecūditates. Solet vtiqʒ infecūditas ex nimia frequētatione oriri:vel infructuosus cōceptꝰ ipedimēta filioꝝ:ꝛ vita nō diuturna. Sicut Sapieñ.3.scriptū est: Ab iniquo thoro exterminabit semen. Effrenata aūt voluptas est que pncipali intētioni scissimi matrimonij anteferſ:que vtiqʒ est ꝓcreatio filiorū: q̄propter iudicio dei fit vt filijs careant: q sic sunt effrenati. Aliud periculū est infirmitatis.s.in alterutro cōiugū:q̄ sepe iuuenibꝰnouo cōiugio iūctis cōtingit:multi insuꝑ fiunt amētes Sicut.2.Esdre.9.dicit: Multi amētes facti sunt ꝓpter mulieres suas:demētia qdē ceteris infirmitatibꝰpericulosior est:eo q̄ cū corporali salute q h morbo laborat: etiā sensum ꝑdat. Hinc est q̄ Hiero.ait in testamento: Ve vobis miseri qd facitis non agnoscitis corpꝰante tēpꝰ destruitis:ꝛ aiam interficitis vnde infirmitates ꝛ mors tā intēpestiua:nisi ex nimia ciboꝝ copia:ꝛ ex frequenti mulierū vsu:deum deludere qritis: certe vosmetipsos deluditis:ꝑ corpore obliuiscimini aiam ꝛ ecce corpꝰsimul cū aia ante tēpꝰ destruitis. Scđa dissipatio est spūalis. Qua eni spūalis virtus dissipatur:ut diffusiꝰ patet in sermonario de tribus peccatis:tractatu de luxuria solū h ponamꝰ Senec.dictū in li.declamationū di. Nihil est tā mortiferū ingenijs: q̄ luxuria:si qdē rōnē ꝑturbat:intellectū hebetat memoriā eneruat:obliuionē imittit: errores infundit:ignorantiā inducit:ꝛ hoiem q̄si bestiā facit.hec ille. Et Bernar.ait: Luxuria est sitis ebria:ꝛ delectatio momētanea: amaritudo eterna:lucē odit:tenebras appetit:velamen gerit:sensus hebetat appetitus plenꝰ satietatis:satietas plena penalitate. ¶ Tertia dissipatio est eternalis. Plerūqʒ enim ex h effrenato coitu filij perimunt: tam corporaliter q̄ spūaliter dū ī matrū ventre suffocātur. Cōtra quos Ambro.suꝑ eplam ad Corinth.ait: Ipsa rō cōceptus ꝛ partꝰiuxta legē cesaris vsuʒ carnis his decē tēporibꝰ demōstrat.i.q̄ nulla causa ita efficax ē: ut vsus carnis fiat nisi ad prolē generādā. Si ergo corrūpant: iā creati magnū ꝓculdubio crimen esse dignoscit. Nā Eccle.3.ca.scribit: Tēpus amplexādi:ꝛ tēpꝰest longe fieri ab amplexibus. Ysido.32.q.7.ca.nō solū.ait: Sunt aūt quedā mulieres q̄ sicut alia absqʒ vlla discretiōe indesinēter libidini seruiūt: q̄s ego non mutis pecudibꝰcōparauerim:pecora eni cuʒ cōceperint:vltra nō indulgēt maribꝰcopiam sui.hec ille. Si eni oi die vel q̄libet septimana:arua frumēto seminarent: clarū est q̄ ad maturā nō ꝑuenirēt frugē. Qū aūt talis cōcubitꝰsit venalis vel mortalis: infra dicetur Nō solū aūt talis ꝯcubitꝰest cā mortis spūalis ꝛ eternalis filioꝝ:verūetiā ipsoꝝ cōcubentiū. Nostris tēporibꝰin italia cū iuuenis qdē cū vxore misceret:inter amplexꝰfetꝰ est extinctꝰ. O quot si viderent extinguūt. Cessandū est ḡ a tali frequētatōe:ꝛ moderate vtēdū re licita. Et sic pʒ scđa pars huiꝰsermonis.

¶ Pars tertia huiꝰ sermonis in q̄ declarat q̄ actꝰmatrimonij deordinat ex circūstātijs cause:tēporis:loci:modi ꝛ intētionis.

Tertio dico q̄ actꝰ matrimonij vltra ꝑdicta pōt deordinari rōne circūstātis occasionis. Varie eni in matri-

monio sunt circūstātie cōsiderāde. De qbus
qnqȝ tm̄ breuitatis cā notabimus. qrū Pri
ma dr̄ circūstātia cause. Scd̄a tp̄is. Ter-
tia loci. Quarta modi. Quinta intētionis
vel finis. ¶ Prima dr̄ circūstantia cause: q2
pōt esse pctm̄ in actu matrimonij ex quinqȝ
causis. Primo ꝓpter solēnitatis defectū: vn̄
primo q̄rit̄ vtꝝ carnalis copula pꝰ clādestinā
despōsationē de futuro sit pctm̄. Rn̄det̄ ꝭm
Petruȝ ꝙ aut huiusmodi copula fit affectu
fornicario: ⁊ tunc est mortale pctm̄: nec facit
matrimoniū verū sed tm̄ p̄sūptuȝ. Aut affe-
ctu maritali: ⁊ tūc ꝑsone. Aut sūt ignare iure
⁊ ecclesie cōsuetudinis: ⁊ tūc nō est mortale
pctm̄. Aut nō sunt ignare: ⁊ tunc est mortale:
maxime i locis illis vbi seruat̄ inhibitio coi-
ter: qd̄ patet esse verū: q2 cōtractꝰ clādestinus
etiā sine aliq̄ vitio hȝ in se pctm̄: ut de clan.
despō. cū inhibitio. ꝓpter qd̄ dic̄ Ray. in ti.
de matrimonio. §. itē nota. ꝙ licȝ mr̄imoniū
qd̄libet clādestinū sit veꝝ ⁊ legitimū quo ad
veritatem si consensus de presenti interue-
nit q solus sufficit q̊ ad substātiā: nō est tn̄ le
gitimū q̊ ad honestatē. Vn̄ talibꝰ ꝯsulendū
est de nouo ꝯsentire: vl̄ recognoscāt ⁊ appro
bēt publice i facie ecclesie: qd̄ occulte fecerūt:
⁊ faciāt dignā pniaȝ: q2 scādalizauerūt eccle-
siā: idē Hosti. Scd̄o q̄rit̄ an mortaliter pec.
q an̄ bn̄dictionē nuptialē: post ꝯsensū d̄ p̄n̄ti
cognoscit vxorē. Rn̄det̄ ꝭȝ glo. Ray. ꝙ sic: si
sine cā ⁊ dispēsatōe eccl̄ie faciat vbi est ꝯsue
tudo bn̄dictio nuptialis. Argumētū ꝙ si est
pctm̄ an̄ adhibitas solemnitates copula: ğ ⁊
actꝰ ⁊ intētio lasciua ⁊ huiusmodi: q2 nō soluȝ
cōsensus in actū: sȝ etiā in delectationē ē pec
catū mor. ut in sermonario de pctō in genē.
¶ Scd̄o pōt eē pctm̄ in actu matrimoniali
respectu cause ꝓpter occurrēs adulteriū. Vn̄
q̄rit̄ si peccat reddēs debitū i adulterio exn̄ti
Rn̄det̄ ꝙ sic. 32. q. j. c. sicut. ꝭm Ioā. chriso. Et
in. c. si qs. Hugo. notat ibidē. ꝙ si adulter cō
iugū debitū exigat: adhuc alio i adulterio ꝑse
uerāte siue occulto: siue manifesto: sciēter pec
cat mortaliter exigēdo: q2 facit ꝯ̄ ecclesie insti
tutionē. Peccat etiā reddēdo si factū eēt di-
uortiū iudicio eccl̄ie. Aut si publice morat̄ in
adulterio: si neutrū sit: nō peccat reddēdo: q2
ad h̄ tenet̄. Si aūt ꝓp fragilitatē ⁊ icōtinētiā
carnis exigat debitū peccat mortaliter: q2 ꝯ̄
ecclesie institutū facit: minꝰ tn̄ pec. cū adulte-
riū est occultū. Alij tn̄ dicūt ꝙ i pōētria cōti-
nēdi a copula carnali exigētem excusat. Alij
aūt nō iprobabiliter vnū asserūt: ꝙ si absti-
nētia a reddēdo seu exigēdo debitū nō cor-
rigit adulterū: sȝ potiꝰ ad deteriora prouocat:
vel aliter inutiliter operatur: ꝙ licite possit ⁊
reddi ⁊ exigi debitū: q2 ecclesie ordinatio fa-
cta est: nō ad nocēdū: sed ad scādala remouē
da: ⁊ deficiēte cā deficit effectꝰ. 2. Phisyco. ⁊
de iu. iurā. c. ⁊ si xp̄s: cū similibꝰ. Nā intelli-
gētia verboꝝ ex causis est sumēda dicēdi: q2
nō sermoni res: sȝ rei est sermo subiectus: ut
habet̄ de ver. signi. ca. intelligentia. ¶ Tertio
pōt eē pctm̄ in actu matrimonij respectu cāe
ꝓpter incestū. Nā si vir coierit cū aliq̄ de cō
sanguinitate vxoris: vel vxor cū aliq̊ de parē
tela viri soluunt̄ spōsalia de futuro. ⁊ ampliꝰ
inter eos matrimoniū eē nō pōt. de cōsan. ⁊
affi. c. 2. ⁊ si fiat nō valet. ⁊ semꝑ peccāt mor-
taliter coeūdo. ⁊ sūt excoicati. ⁊ si h̄ sit publi-
cū: nō possunt absolui nisi priꝰ separēt̄. in cle.
eos. de ꝯsan. ⁊ affi. Si vero incestꝰ talis post
ꝯtractū matrimoniū acciderit: non dissoluit̄
cōiugiū: sȝ ꝑsona incestuosa petitionē debiti
amittit. Sȝ si altera pars admonita castita-
tē seruare noluerit: incestuosa dȝ cū dei timo
re debitū reddere. extra de eo. q co. cō. vx. sue.
ca. tue. Et h̄ idē intelligit̄ qn̄ spōsalia ꝯtracta
sunt ꝑ verba de p̄n̄ti: q2 a supueniēte incestu
nō dissoluūt̄. e. ti. c. discretionē. Et ideo h̄ cāu
idē dicēdū qd̄ de incestu occurrēte post ma-
trimoniū ꝯsumatū. ¶ Quartū pōt esse pctm̄
in actu matrimonij respectu cause ꝓpter ca
stitatis votū: qm̄ q castitatē seu religionis in
gressuȝ vouerit: obligat̄ ad huiusmodi obser
uationē: etiā post ꝯtractū matrimoniū factū
de cōuersi. cōiu. qdā. ⁊ ca. placet. Ideo debi-
tū petēdo vel nolēte ⁊ cū bn̄placito reddēdo
peccat mortaliter. Similiter pec. q cū tali cō
trahit sciēter: quia sue trāsgressioni cōsentit.
¶ Quinto pōt esse pctm̄ in actu matrimonij
respectu cause ꝓpter religionis ingressū. Nā
q accipit habitū religionis cū intētōe ꝑseue-
rādi obligat̄ ad religionē in genē. de regula.
ca. cōsulti. Ideo in hoc casu ꝭm Anto. de bu
trio Bona. et Inno. matrimoniū nō valet:
q2 talis religionis ingressus habet vim taci-
te ꝓfessionis ad religionē in genere: nisi for-
te ingrediēs ad vnā ⁊ nō ad aliā se intende-
ret obligare. Nam hoc casu si aliqua ratio-
nabili causa non posset in intenta religione
persistere nulli obliget̄: ⁊ matrimoniū ꝯtra-

here poteſt:ut notat dominus Petrꝰ de an charano in ca.conſtitutionē.de regu.libro.6.

